pater non tenetur gerenti negotia filij per ſimplicẽ ratihabitionem, niſi peculio tenus. 113.2.
pater promittens filium ſe nõ exhæredaturum appoſita etiam pœna exhæredare poterit demeritum. 264.12.
pater quãdo teneatur de contractu per filiũ inito. 116.16.
pater vel dominus quando ratihabitione teneatur ex tractu filij vel ſerui. 115.14.
pater vt pater adminiſtrare prohibitus, non poterit idẽ vt curator. 460.1.
peccatum non remittitur, niſi prius quod ablatũ eſt reſtituatur. 87.1.
permiſſa neceſſitati an poſſint in argumẽtũ trahi. 448.2.
perſuaſio plus eſt, quàm violenta coactio. 263.6.
petens totum an poſſit poſtea partem petere. 198.45
petitio hæreditatis iure ciuili inducta tolli poteſt. 157.
petitorium & poſſeſſorium an ſint oppoſita, & electione tollantur. 193.23.
Pignus prætorium habentes an & quando ſint reliquis creditoribus præferendi. 372.18.
pignoratitia tollitur iure offerendi ſublato 170.25.
pluralis locutio geminat ſingular. ſignificationẽ 323.4.
pœna moderanda ſecundum exigentiã delicti. 160.11.
pœna quando exſtipulatione peti poteſt. 395.6
pœna ex nudo pacto peti non poteſt. 395.6.
pœna pro delicto quo caſu ſit infligenda. 356.5.
pœna ex contractu debita tranſit in hæredes. 341.13.
pœna non infertur ſine cauſſa, licet aliquando ſine culpa. 234.5.
pœnæ ſunt potius molliendæ, quam exaſperandæ. 160.8
pœna iure non imponitur, vbi delictum non inuenitur. 234.1.
pœna infligitur quandoq; nulla culpa pẽcedente. 234.2.

pœna

pœna nulla esse debet vbi nullum delictum. 88.5
possessio aufertur, & si nō sit voluntas possidētis. 109.12.
possessio ciuilis & naturalis ad præscriptionem est necessaria, vel saltem ciuilis. 78.31 & 36.
possessio naturalis sola ad p̄scriptionē nō sufficit. 78.32.
possessio quasi pedum positio appellatur. 77.29
possessio vera vel quasi non transfertur per inuestiturā annulo, libra vel baculo factam. 22.32.
possessio naturalis an tantum accidentaliter differat à ciuili. 76.28.
possessio per quid alicui quæratur. 18.9.
possessio clauium traditione confertur. 22.33.
possessio vnius rei beneficialis acceptæ, an sufficiat pro reliquis rebus. 22.35.
possessio naturalis an differat à possessiōe pro suo. 75.21.
possessio quæ necessaria sit ad præscriptionem. 74.17.
possessionem totius fundi acquirit, qui in vnicum fundi angulum inducitur. 22.37.
possessio & quasi possessio an in eādē rē cōcurrant. 21.39
possesio cadit in reb corporalibus quasi possesio in incorporalibus. 21.31.
possesio aufertur neganti se possidere, si de mendacio conuincatur. 189. 4.
possessiones duæ differentes specie reperiuntur, naturalis scilicet & ciuilis. 74.18.
possessionis defuncti continuatio in personam hæredis impeditur, si per alium apprehendatur. 73.12.
possessor clandestinus an excipere possit de iure dominij contra actorem. 430.4.
possessor malę fidei quāto tēpore possit præscribere. 48.7
possessor malæ fidei quis verè censeatur. 47.2.
possessor bonæ fidei dicitur, qui & fraude & fraudis suspicione carere inuenitur. 47.4.
possessor olim nō præsumitur hodie possidere. 108.9.
possessor an dicatur malę fidei, qui in facto errauit. 54.38
possessor an possit dici in bona fide qui errauit in iure. 55.39.
possessi[illegible] tenet actione directa, qui desijt verò possidere, vtil. 24.11.

possessori assimilatur, qui dolo desijt possidere. 124.10
possidens quo discernatur ab eo, qui dolo desijt possidere. 304.9.
possidentis conditio melior est in caussa pari. 414.1.2.
possidens quando præferatur non possidenti. 414.3.
possidens ciuiliter perdit ciuilem, si decem annos naturalem neglexerit. 79.34.
possidentis conditio quãdo melior esse pſumatur. 372.4.
possidere dolo qui desijt, an actionem in rem sine cessione habeat, si æstimationem soluerit. 305.9.
possidere culpa desinens, quo differat ab eo, qui dolo desijt. 308.16.&17.
possidere dolo desinens perinde tenetur, atq; si possideret. 303.1.
possidere pro suo & possidere ciuiliter idem est. 75.22.
possidere qui dolo desijt, quo ad damnum suum possidere præſumitur. 304.3.
possidere eandẽ rem eadem possessionis specie duo nequeunt. 74.19.
posteriora prioribus derogant. 108.7.& 217.18.
posteriora quando derogent prioribus 217.18.
præceptũ iudicis illicitũ quãdo sit contemnendũ. 238.6.
præceptum aut etiam auctoritas, neminem potest ad impossibile obligare. 97.4.
præscribere non potest, qui fuit in mala fide tempore possessionis inchoatæ. 47.5
præscriptio decem vel viginti annorum permittitur fauore possidentis bona fide. 49.12.
præscriptio impeditur mala fide superueniente. 56.45.
præscriptio ad immobilia, vsucapio ad mobilia propriè referuntur. 71.2.
præscriptio non currit contra possidentem. 79.33.
Præscriptio de iure canonico an requirat titulum cum bona fide. 52.25.
præscriptio sine possessione non potest præscribere. 71.1
præscriptio quãto tẽpore contra fiscũ compleatur. 50.17
præscriptio qua ratione non inchoetur, absente ciuilem retinente. 79.35.

Præscr. inchoata imped. superueniente mala fide. 47.6.18
præsumitur ex præterito in præsens. 107.3.
præscriptio in corporalibus sine vera possessione, incorporalib aũt sine quasi possessione nõ inchoatur. 72.8.
præses prouinciæ ad mortem damnare potest, deportare verò non potest. 366.4.
præsens & tacens quãdo nõ præsumatur cõsentire. 331.8.
præsides prouinciarum, quæ munera à subditis accipere possint. 473.5.
prælatus an possit ratum habere, quod gestum est præde cessoris nomine, 117.22.
prælatus in dubio ecclesiæ pſumitur quæsiuisse. 118.23.
prætor stipulationẽ prætoriam interpretari solet. 385.9.
pretium commune vel conuentum non interesse, licet in æstimationem interesse deducatur. 250.28.
prior tempore in duabus dotibus, potior esse debet in iure. 373.20
prior tempore quando potior dicatur in iure. 370.4
priuatus quando licitè possit iudici resistere. 238.7.
priuilegium patris, patroni, & militis ne condemnaretur, &c. extinguitur cum eorum persona. 102.2.
priuilegium concessum actioni, aut causſæ, non transit ad successores. 104 13
priuilegium concessum generi personarum non competit descendentibus ex fœminis. 103.11.
priuilegium quando extinguatur, eo extincto cui concessum est. 103.9.
priuilegiũ rebus concessum, transit ad successorẽ. 103.10.
priuilegium ciuitati vel loco concessum ad posteros transfertur. 104.12
priuilegium minori concessum finitur, ætate minori finita. 162.2.
priuilegiũ quãdo finiatur finita priuilegij causa. 162.3.
priuilegium pro conditione personę, cui conceditur, est restringendum. 268.4.
priuilegiũ suum interpretari potest, qui illud concessit, 385.10.
priuilegium reale præfertur personali. 373.21.

priuilegium conceſſum vni litigatorum quando alteri profit. 139.4.&5.
priuilegium mariti ne condemnetur, vltra quàm facere poteſt, eius perſonam ſequitur. 102.1.
principale trahit ad ſe acceſſorium, nō econuerſo. 309.23
procurator prorſus reuocari poteſt partim nō po. 366.7.
procurator ſua culpa damnatus, ſi pœnā ſoluat ſibi imputare debet. 466.1.
procurator vel negotiorum geſtor. indebitum ſoluens, ſibi imputet. 467.2.
prohibito aliquo prohibentur ea, per quæ ad illud peruenitur. 320.1.
prohibito aliquo cenſentur etiam prohiberi ea, quæ ex illo ſequuntur. 320.2.
prohibentis quando ſit melior conditio. 381.1.
prohibere valens læſionem an teneatur, ſi non prohibuerit. 182.6.
promiſsio & ſolutio paria ſunt. 214.6. (153.2.
promiſſor ſi ante diē moriatur, an pœna committatur.
promiſſum malum dupliciter intelligi poteſt. 424.3.
promittentes duò alternatiuè vtrum volet ſoluere poterit. 426.1.
promittens illicitum, non obligatur. 424.1.
promittens decem dolo ductus an teneatur. 424.2.
promittens impoſsibile de facto non obligatur. 96.2.
promittens decem libras, ſi pecunia ſit varia de qua ſoluere teneatur. 273.1.
promittens hominem mortuum & ſi non dederit, decē promittit, an obligetur ad pœnam. 99,15.
pronunciandi modus quando duplex oriatur ex eadem cauſa. 203.57.
pupilli factum quando citra tutoris auctoritatem ſit validum. 400.6.&7.
pupillus qui ſine tutoris auctoritate rem vendidit, fidē emptori ſeruare non tenetur. 442.3
pupillus recuperans rem ſine tutoris auctoritate venditam nō debet pretiū lucrari cū iniuria emptoris. 350.5
pupillus poſſeſſionē naturalem ſine tutoris auctoritate non poteſt alienare. 76.27.

Qualitates possidendi contrariæ non concurrunt in eadem substantia. 75.24.
quarta bonorum debetur, si eandem legare intendens dimidiam errore scripserit. 299.1.
quasi possessio rerum incorporalium idem operatur q̃ possessio corporalium. 71.5.
Rapiens virginem volentem, an teneatur, & qua actione. 263.4.
Ratam habens vulnerationem clerici non est ob id excommunicatus. 113.1.
Ratihabitio etiam in delictis locum habet. 123.3
ratihabitio fieri debet intra tempus, quo actus fieri potest. 123.5.
ratihabitio nihil operatur in delictis, quæ per alium cõmitti nequeunt. 123.4.
ratihabitio qualiter dicatur retrotrahi. 122.1.
ratihabitio quando pariat actionem mandati vel negotiorum gestorum. 124.9.
ratihabitio an æquiparetur mandato. 124.8.
ratihabitio quando dicatur retrotrahi. 123.6.
ratum habere non possum, quod meo nomine non est gest. 113.3.
ratum habens delictum quare eadem pœna plectatur cum delinquente. 126.20,
regula an & quando sit iuris constitutiua. 4 10.
regula Catoniana quid disponat. 4.11.
regula quare dicitur esse coniunctio rationis. 5.14.
regula & generalis esse, & omnia cõprehẽdere debet 2.4
regulæ officium quod sit. 5.613.& 18
relegato an licitè bona adimantur. 4 11.8.
renunciatio inducitur ex lapsu temporis. 250.31
relatum & referens non sunt eadem. 244.10.11.
renuntiare iuri suo videtur non persequens litem intra tempus à iure definitum. 168.12.
res inter alios acta, alijs non nocet, nec prodest. 127.23.
relatio interesse communiter ad personam fieri potest, 250.29.

renuntiare præsumitur. qui tempus debitũ labi patitur.
reſcriptum ſpeciale derogat generali. 295.15. (123.7.
reſeruatio facta à legato an poſſit effectum ſortiri finita legatione. 27.58.
reſtituere, tradere ſunt facti. 89.13.
reſtitutio quando facta eſſe fingatur. 88.10.
reſtitutio impoſſibilis non obligat, modo adſit reſtituendi voluntas. 89.11.
reſtituens inſſu iudicis, vni hæredũ rẽ à defuncto depoſitã nõ tenetur actione depoſiti alijs hæredib. 237.4.
reſtituere quid ſit. 88.9.
reuocatio generalis quid operetur & q̃d ſpecialis 216.17
rei quare fauorabiliores ſint quàm actores. 191.10.
reo fauetur ſi de neutrius iure probetur. 134.2.
reo quod obeſt attenditur potius quàm quod prodeſt. 135.8
reuocantur facilius, quæ dependẽt ex voluntate vnius. 218.23.
reus an audiri debeat probare volens ad ſe pertinere, ſi actor in probatione defecerit. 286.6.
reus & actor ſi ſint in cauſſa paris turpitudinis, reo potius fauendum eſt. 134.4.
reus exceptiones dilatorias & declinatorias opponere poteſt vſque litis conteſtationem. 166.1.
reus exceptiones peremptorias ante ſententiam opponere poteſt. 166.3
reus non poteſt per hominem impediri, quo minus pluribus poſſit exceptionibus vti. 166.1.
reus in exceptione dicitur agere. 190.9.
reus ordinarium ſuum recuſare non poteſt, actor vnum de pluribus eligere poteſt. 286.3.
rigor iuris quandoque relaxatur, ne contractus inutilis reddatur. 396.8.
Aera neceſſitate cogente alienari poſſunt. 448.2.
Sacrum ſemel effectum non debet ad vſus profanos transferri. 361.1.
Scientia quando non ſufficiat ſine denuntiatione. 283.4.
Scientia an potius præſumatur, quàm ignorantia. 347.5.

ſcientia rei alienæ præcedens in defuncto præſumitur continuaſſe in hærede. 347.6.
ſcriptura ſi obſcura inueniatur quis ordo teneatur. 337.3
ſcientia interueniens quãdo minuat obligationẽ. 363.7.
ſententia lata in petitorio an patiatur exceptionem rei iudicatæ in poſſeſſorio. 431.9.& 10.
ſententia lata pro fideiuſſore quando proſit principali. 197,4.
ſententia tempore feriarum neutra, partium conſentiente lata eſt nulla. 258.3.
ſententia abſolutoria in petitorio lata, an pariat rei iudicatæ exceptionem in poſſeſſorio. 196.34.
ſententia à pluribus lata, valet in eo, in quo omnes conſenſerunt. 299.3.
ſẽtẽtia dubia à quo poſsit interpretationẽ recipere 385.8
ſententia nulla non firmatur tractu temporis. 176.5.
ſententia interueniẽs quãdo minuat obligationẽ. 263.7.
ſententia contra minorem lata nulla eſt, ſi ſine tutoris auctoritate litigauit. 399.1.
ſententia lata ſi nulla ſit, à quo denuo proferri poterit 213.2.
ſententia in cauſſa proprietatis non obſtat in petitione vſusfructus. 196.35.
ſententia contra non ſubditum lata non valet. 258.2.
ſententia non eſt ferenda ſub conditione, lata tamen valet. 411.7.
ſeparatorum ſeparata debet eſſe ratio. 17.6.
ſepulchrum iudicis præcepto deſtruens non tenetur actione ſepulchri violati. 237.3.
ſeruitus non conſtituitur ad patrem prædij pro indiuiſo. 437.4.
ſeruitutis conſtitutio facta, vno ſociorum non conſentiente, validatur accedente conſenſu. 177.9.
ſeruitus in fundo communi non poteſt conſtitui citra omnium ad quos pertinet conſenſum. 270.1.
ſeruitus aquæ ducendæ non conceditur in eorum præiudicium ad quos ſpectat. 270.2.
ſerui an in fauorem domini ſint torquendi. 401.12.

seruus in cõtrahẽdo domini personã representat. 116.15
seruus quare ad vindicandam necem defuncti admittatur. 274. 3.
seruus quandoq; torquetur vt adulterium vxoris eruatur. 274.4.
significatio propria attenditur, vbi quod verisimilius est non inuenitur. 337. 5.
socius ob delictum suum ad pœnam damnatus, sibi & non societati imputabit. 467. 3.
socius quando socium impedire possit in re communi. 381.2.&3.
socij prohibentis alterum socium in re communi ædificare melior est conditio. 381. 2.
soluens naturaliter debitum & ciuiliter indebitum errore excusatur. 143.3.
solutũ p debitorẽ quo casu reuocari possit. 373.23.& 24.
solutio æstimationis habetur loco emptionis. 305.11.
solutio & debiti remissio æquiparantur. 88. 7.
soluta est species orationis distincta à coniuncta & disiuncta. 427.10.
solata quando æquipolleat copulatiuæ, & quando disiunctiuæ. 427.9.
soluuntur facilius quæ ligantur facilius. 93.2.
specialia generalibus inesse qualiter intelligendũ. 7.21,
speciei eadem, sunt eadem substantia & natura. 75. 25.
speciale dicitur illud, quod à generalitate abstrahitur. 218.15.
speciale id est, cuius contrarium est generale. 272.17.
specierum enumeratio quando genus restringat ad enumeratas. 293 6.
species an deroget generi in speciebus. 295 13
species quando dicantur enumeratæ gratia dubitationis tollendæ. 293.6.
species an restringat genus in substitutionibus. 294.11,
species quæ de genere accipitur, sub genere non continetur. 6 16,
spoliatus restituendus est in possessionem, tametsi eandem restituere oporteat. 392.4

ſpoliatus prius reſtitui debet quàm de proprietate quæratur. 392.6.
ſpoliare dicitur conductor, qui recuſat rem conductam reddere. 430.7.
ſponſalia inter minores ſeptem annorum contracta non teneant. 176.1.
ſtatus rei præſens verus vel præſumptus attẽditur. 108.5.
ſtatutum & pactum æquiparantur. 169.19.
ſtatuta locorum & conſuetudines in facto conſiſtunt. 295.14.
ſtatutum odioſum eſt reſtringendum. 159.1.
ſtatutum generale quando deroget ſpeciali. 50.19
ſtipulatio iudicio ſiſti committitur, quanti ea res eſt. 246.18.
ſtipulatio ſeruitutis quando cõrumpatur pro indiuiſo. 438.7.
ſtipulatio quæ fit de re ſacra, nõ firmatur eadem effecta profana. 177.8.
ſtipulatio in qua interuenit interrogatio de maiore ſumma & reſponſio de minore. 299.1.
ſtipulatio pœnæ non committitur ſuper pactione nuda ante litem conteſtatam. 396.7.
ſtipulatio non committitur ſuper pactione nuda ante litem conteſtatam. 396.7.
ſtipulatio inutilis eſt ſi de vno reſpondeatur de duobus alternatiuè interroganti. 300.5. (300.6.
ſtipulatio redditur inutilis per diuerſitatem qualitatis. ſtipulatio ſpecialis an deroget generali. 295.12.
ſubſtitutus in honore hæreditatis an ſuccedat in onere legatorum cum conditionibus. 447.5.
ſuccedens in honore quando ſuccedat in onere. 446.2.
ſuccedere poteſt ab inteſtato, qui repudiauit ex teſtam. 463.6.
ſuccedere qui nequit iure ciuili, alia via non debet admitti. 260.2.
ſucceſſor quando eodem iure vtatur, quo defunctus, cui ſucceſſit. 341.10.
ſucceſſor eodem iure vtitur, quo præceſſor. 339.1.

successores qui dicantur vniuersales, & qui singulares. 339.3.
successorium edictum locum habet in quærela. 228.4.
TAcens nec fateri, nec negare censetur. 334.1.
Tacens consentit, si contradicendo impedire poterat. 330 1.
Tacens consentire videtur si de præiudicio vel exceptio. agatur. 334.5.
Tacens habetur pro consentiente fauore reipublicæ & pupilli. 334.4.
tacere medium quoddam est inter consensum & contradictio. 335.6.
taciturnitas consensum non operatur, vbi de aliquo obligando tractatur. 334.3.
tempus datæ literarum attenditur in beneficijs. 176.4.
tempus non currit ignorantibus. 154.5.
tempus ad appellandum à lege cõcessum nõ potest per hominem tolli. 166.6.
tempus quantum concedatur ad appellationem prosequendam. 167.7.
tempus longissimum habetur loco tituli. 53.29.
tempus quod datur ad appellandum, an possit iudicem minui. 168.15
tempus non est possessionis perdendæ modus, 79.33.
testator non potest in primo testamento facere, quo minus ei liceat secundum condere. 218.27.
testator an sic disponere valeat, vt reuocare nequeat. 216.15.
Testamentum pupillare tollitur paterno sublato. 163.5.
testamentum inutile ab initio non confirmatur tractu temporis. 177.11.
testamentum minus solenne dicens an si succumbat, possit eo sibi legatum petere. 318.2.
testamentum dicere falsum, inofficiosum & minus solenne differunt. 319 3.
testamentum dicens inofficiosum, dicit testatorem nõ esse mente sanum. 319.4.

testamen-

testamentum secundum quando deroget primo, aut contra. 216.16.
testamentum posterius sic se habet ad prius, sicut lex posterior ad priorem. 217.21.
testamentum primũ quib. verbis reuocari soleat. 218.26.
testamentum posterius sic se habet ad prius, sicut stipulatio nouans ad nouatam, 117.19,
& sicut lex posterior ad priorem. ibid. nu. 21
testamentum falsum dicere potest qui aliquid consecutus est ab hærede. 26.56
testamentum rumpere non potest qui legatum in eo relictum sciens acceptauit. 26 54.
testamentum non annulatur, si testator eo perfecto efficiatur furiosus. 437.2.
testamenti verba dubia à quo debeant interpretari. 385. 11 & seq.
testis vacillans an & quando torquendus. 234.6.
testes duo intelliguntur, cum numerus incertus requiritur. 322 2.
testes debent testificari pro vtraq; parte. 401.13.
testator præsumitur ignorasse rem legatam esse alienã vel obligatam. 347.2.
tignum domui coniunctum non possidetur. 72.9.
titulus eadem ratione in vsufructus præscription. requiritur, qua & in dominij 53.35.
titulus an requiratur cum libertas contra seruitutẽ præscribitur. 56.46.
titulus quare in præscriptione rerum corporalium requiratur, non autem incorporalium. 53.31.
titulus in præscriptione incorporalium, an saltẽ à præscribente allegari debeat, longæua autem possessio probari. 53.32.
titulus an requiritur in præscriptione triginta vel quadraginta annorum, sicut nec bona fides, nisi in rebus ecclesiasticis. 52.27.
traditio rei an possit aliquid transferre, quod penes tradentem non fuerit. 452 5.
transferre qui possint plus iuris quam habeant. 452.6.

tutor à testatore datus per iudicem confirmatur. 19.16.
tutor quando directa actione tutelæ teneatur. 433.1.
Tutor remotus vt suspectus, non tenetur in futurum de administratione neglecta. 402.18
tutor suspectus ob publicã vtilitatẽ remouendus. 160.10
tutor præsumitur ignorare se tutorem datum esse. 347.1.
tutor suspectus accusari nequit tutela finita. 437.5.
tutor remotus, in dubio ob culpam non ob dolum præsumitur. 355.2.
tutor nec suo nec alieno nomine rem pupilli potest emere. 470.2.
tutoris auctoritas non præstatur sub conditione. 358.6
tutoris datio, q̃ fit à iudice, conditionẽ nõ admittit. 358.3
tutoris non subiecti datio, vel facta pupillo non subiecto, nulla est. 258.5.
tutoris delictum non nocet pupillo 443.2.
turpitudo vitæ afficit infamia facti. 469.7.
VAriare licet quandoq;, & sic consilium mutare. 289.2.
Variatio quando & in quib. permittatur. 289.4.
Vendens rem meam suo nomine quando mihi ad pretium teneatur. 114.6.
vendens mancipium, mores & vitia eiusdem manifesta re debet. 282.2.
vendens rem alienam quando ad pretiũ teneatur. 115.13
vendens hominem liberum volentem, non tenetur actione iniuriarum. 262.2.
vendens rem aliquam, id iuris transfert solùm, quod in eadem habet. 451.1.
venditor actione exempto emptori tenetur. qui seruitutem deberi à prædio vendito non detexit. 282.1.
venditorem dolo ad vendendum inducens in mala fide constituitur. 47.3.
venditio rei fit cum onere suo. 451.2.
venditio si prohibeatur, traditio prohiberi censetur. 320. 4.5.& 7.
verba in iudicijs prolata contra proferentem an sint interpretanda. 385.7.

verba

verba definita vniuersalibus sunt aliquando æquipollentia. 3.5.
verba in dubio propriè intelligenda sunt, 408 3.
verba iudicis iniuriosa lædunt famam apud bonos viros. 469.6.
verisimilitudo ex quibus percipi possit. 337.4.
verisimilius attendi debet, vbi verba sunt obscura. 336.1.
verisimilius in dubio sequendum est. 108.6.
vicarius episcopi beneficia non confert sine mandato speciali. 454.1.
vicarius episcopi non potest instituere, nisi specialiter concedatur. 20.20
victoria vnius quando cæteris prosit. 127.24.
violentia in dubio sine armis facta præsumitur. 355.1.
violētia & clandestina possessio, an æquiparētur. 430.5.
violentiam per se licet expellere, non per alium. 422.4.
vniuersitas quatenus ex facto priuati teneatur. 444.7.
voluntas prima quando prævaleat vltimæ. 218.24.
voluntas dubia testatoris manet in arbitrio hære. 275.12
voluntas vltima an reddatur inutilis, si inueniatur dubia. 275.14.
vsucapio triennalis inducta est in fauorem possidentis tantum. 48.10.
vsucapio sine possessione inchoari nequit. 72.10.
vsucapio interrumpitur, si vsucapiens possessione priuetur. 70.11.
vsuræ non debentur, ni prius sors debeatur. 199.46.
vsusfructus iure communi potest possideri. 54.16.
vsusfructus pari debitus in bonis filij aduentitijs, an possit ei auferri. 167.7.
vsusfructus qualiter & quando præscribi possit. 53.34.
vtile quando per inutile vitietur. 315.7.
vulnerans, animum occidendi habuisse, in dubio præsumitur. 355.3.

INDICIS FINIS.

REGVLARVM IVRIS PONTIFICII INDEX.

Accessorium. 328.
Actus legitimi. 357
Beneficium. 17.
Bona fides. 458.
Certum est. 473.
Contra eum. 383.
Contractus. 463.
Cui licet quod est plus. 366.
Cum non stat. 417.
Cùm quid vna via. 460.
Cùm quid prohibetur. 320.
Cùm quis. 153.
Cum sunt. 133.
Damnum. 466.
Decet. 162.
Delictum. 443.
Dolo facit. 391.
Ea, quæ fiunt. 258.
Eum qui certus est. 282
Ex eo non debet. 318.
Exceptionem. 407.
Frustra. 401.
Factum legitimè. 437.
Generi per speciem. 291.
Ignorantia. 142.
Imputari non debet. 324
In alternatiuis. 425.
In argumentum. 448.
Indultum à iure. 166.
Infamibus. 468.
In generali concessione. 454
In iudicijs. 138.
In malis promissis. 424.
In obscuris. 373.
In pari delicto. 114.
In pœnis. 355.
Iure communi. 381.
Inspicimus. 336.
In toto. 453.
Is qui tacet. 334.
Is qui in ius. 339.
Locupletari. 350.
Mora sua. 241.
Mutare consilium. 288.
Nemo potest ad. 96.
Nemo potest plus iuris. 451.
Non debet. 270.
Non est in mora. 394.
Non est obligatorium. 388.
Non est sine culpa. 182
Non firmatur. 176.
Non licet actori. 285.
Non præstat. 363.
Nullus ex consilio. 405.
Nullus pluribus. 188.
Odia restringi. 159.
Peccati venia. 93.
Peccatum. 87.
Peccati venia. 83.
Pluralis locutio. 322.
Possessor. 47.
Potest quis. 422.
Plus semper. 299.
Præsumitur ignorantia. 347.
Priuilegium. 102.
Pro possessore. 303.
Quæ à iure communi. 368.
Quæ contra ius. 410.

Qui ad agendum. 429.
Quæ contra iura. 456.
Qui facit per alium. 433.
Qui prior est tempore. 369.
Qui sentit. 378.
Qui tacet consentire videtur. 330.
Quod alicui. 440
Quod alicui suo. 420.
Quod ob gratiam. 399.
Quod omnes tangit. 270
Quod quis mandato. 237.
Quod semel. 213.
Ratihabitionem. 122.
Rationi. 446.
Ratum. 113.
Scienti & consenti. 262.
Semel Deo dicatum. 361.
Semel malus. 107.
Sine culpa. 234.
Sine possessione. 71.
Vtile non debet. 314

FINIS.

DYNI MVXELLANI IN REGVLAS IVRIS PONTIFICII PROOEMIVM.

In proœmium Argumentum.

1 *Regula quid sit*
2 *Occupanti quæ res concedantur.*
3 *Quod nullius est, occupantis efficitur.*
4 *Regula & generalis esse, & omnia comprehendere debet.*
5 *Verba indefinita vniuersalibus sunt aliquando æquipollentia.*
6 *Marmore legato venit rudis materia marmoris.*
7 *Lana simpliciter legata, non debetur lana tincta*
8 *Indefinita quando vniuersali non æquipolleat*
9 *Indefinita negatiuè prolata, vniuersali negatiuæ æquipollet.*
10 *Regula an & quando sit iuris constitutiua.*
11 *Regula Catoniana quid disponat.*
12 *Ius an præcedat regulam, an verò contrà.*
13 *Regulæ officium quod sit, & nu. 18.*
14 *Regula quare dicitur esse coniunctio rationis.*
15 *Exceptio an & quando de regula esse dicatur.*
16 *Species, quæ de genere accipitur, sub genere non continetur.*
17 *Exceptio confirmat regulam.*
19 *Exceptiones regulam impedire quando verum sit.*
10 *Capitula cum plura sunt, quorum effectus est distinctus, vno sublato cætera confirmantur.*
21 *Specialia generalibus inesse, qualiter intelligendum,*

PRAE-



RAE MISSIS casibus singularib. & eorum determinatione in præcedentib. titulis singulariter intellecta: quia non est nouū, vt quod expressum pro positum est, ad regulam reducatur, quæ compendiosa narratione omnia diffusè tradita compræhendat, vt ff. eod l. 1. & ad le. A-
A quil. l. si seruus seruū, §. inquit lex. A Ideo Dominus noster summus Pontifex. videlicet Dominus Bonifacius Papa 8. lux mūdi, regula morū, eccleſiæ decor & patriæ honor, & Iuris illuminator, post præcedentes tractatus
B posuit titulum de Regulis Iuris, in quo sub breuitate B verborum colligit ea quæ in aljs partibus iuris per verba plura & varia differuntur confusè. Cuius occasione videnda sunt quinque communia omnium regularum: quia fortè per Glos. iuris Ca. & Cuil. confusè vel minus plenè tractata reperiuntur, maximè in l. 1. ff. eod. Primū est qualiter regulam diffiniatur. Secundū, qualiter constituatur. Tertiū, quæ sit regulæ potestas. Quartū, quod sit officium regulæ. Quintum, an exceptiones intelligā-
1 tur esse de regula. † Circa primum dicendum est, quod regula est, quæ rem quæ est breuiter enarrat: id est, ius aliàs in varijs partib. iuris constitutum breuiter recitat:
C vt patet. ff. eo. l. 1. in prin. C † Vt ecce singulariter consti-
2 tutum est, quòd pisces D occupantibus cedant ea ratio-
D ne, quia nullius in bonis sunt. Itē lapilli in littore maris inuenti occupātibus cedunt eadē ratione, quòd nullius in bonis sunt. Item aues eadem ratione quia nullius in bonis sunt Itē feræ bestiæ, E quia nullius in bonis sunt. occupantibus conceduntur, vt ff. de rer. diuin. l. quædā cum seq. & de acquir. poss l. 1 circa princ. & instit. de rer. diuis. § 1 & §. feræ & ff. de acquir. rer domin. le. 3. §. fi. & l. naturalem. & ex his casibus singulariter determinatis, & ad eandem rationem determinationis pertinenti-
3 bus, constituitur regula generalis, illa videlicet, † Quod nullius in bonis est, id naturali ratione occupanti conce-
E ditur, vt ff. de acquir rer. dom. l. 3. in princip. † Circa se-
F cundum, scilicet qualiter regula F constituatur, dicen-

duin

dum est, quod regula debet esse generalis, & omnia cõprehendere quia constituitur per ea verba, quæ sui natura omnia comprehendunt: id est per signa vniuersalia affirmatiua qaæ affirmanda omnia comprehendũt, vt patet ff. eod. l. omnis definitio. & l. omnes actiones. & l. omnia ferè. & l. omnia quæcunq; Item per verba negatiua, quæ vniuersaliter negando omnia excludunt, vt infra. eo. c. nullus pluribus. & c. nullus ex com. ff eo. l. nemo. & l nullus. † Item per verba indefinita, quæ Iurista simpliciter dicit æquipollere vniuersa lib. G. 19. dist. c. si Romanorum. & c quia circa de priuileg. & ff. de offic. præfect. vrb. l. 1. § cùm vrbem & de leg præst. leg 1. § generaliter & C. de hæ ven. l. fin. & ideò quasi omnes regulæ per hunc titulum traditæ (paucis duntaxat exceptis) traduntur per signa indefinita, aliquando affirmatiua, aliquando negatiua. Tamen falsum videtur quod indefinita æquipollet vniuersali etiam secundum iura quia si lego alicui omne marmor vniuersaliter videor legare & statuas marmoreas. & cæteras species de marmore factas vt ff. de le 3 l. hæres meus § 1. ff. de auro & ar. le. l. † Et tamẽ si legetur marmor indefinitè, comprehendetur in legato sola rudis marmoris materia, & non species de marmore facta, vt ff. de le. 3. le. quæsitum. §. illud fortasse † Item si lana legetur indefinitè, lana tincta non continetur in legato, vt fide leg. 3. le. si cui. in princ. H Et tamen si legetur omnis lana vniuersaliter, etiam tincta cedit in legato vt ff de auro & arg leg l. pediculis. § Labeo. ergo falsum videtur, quod indefinita æquipolleat vniuersali. Et ideò in conuenienter videntur regulæ tradi per verba indefinita. I † Sed dicendum est, quod quando non est eadem ratio & conditio omniũ particularium in vniuerso comprehensorum. indefinita non æquipollet K vniuersali affirmatiuæ, vt patet in præalleg. l. quæsitũ. § illud fortasse & l. si cui. Sed quando omnium particulariũ est eadẽ ratio & conditio, tunc indefinita affirmatiuè prolata æquipollet vniuersali affirmatiuè, vt ecce si testator instituat plures hæredes, & postea indefinitè dicat, Dãno hæredẽ x. dare Titio, effe-

5 G Indefinita particularis sic illa quæ & dicta sunt ytingratia yt Cor. negat. sint mon sacer

6

7 H

8 I

K

ctus damnationis compræhendit omnes vniuersaliter, quia eadem est conditio omnium, & eadem ratio possibilitatis dãnandi eos, quia omnes sunt hæredes, & omnes percipiunt commodum à defuncto, vt ff. de leg. 2. l. si pluribus l. & l. si ita relictum, circa princ. & de leg. 3.
1 si plures † Item prolata negatiuè æquipollet vniuersa-
2 li negatiuè, vt ff. de rebus dubijs. l si is qui. §. vtrum. in fi. cùm ergo propositum sit legislatoris cõstituere regulã de casibus eandẽ rationem determinationis habentib. vt ff. cod. l. 1. ibi. & (vt ait Sabi.) quasi causæ coniectio est &c. & infrà subijcietur, relinquitur manifestè. quòd regulæ conuenienter constituuntur per verba indefinita tam affirmatiua quàm negatiua. Circa tertium, videlicet, quæ sit potestas regulæ, hoc est. vtrum regula constiat ius de nouo, vel solùm recitet aliàs constitutum.
10 † Videtur primũ, quod nunquam constituat ius de no-
M uo, vt ff. cod. l. 1. M. ibi, non vt ex regula ius sumatur: sed vt ex iure. quod est, regula fiat. Econtrà videtur. quòd
11 cõstituat ius de nouo, † quia regula Catoniana de nouo
N constituit, N quòd illa legata, quæ ab initio sunt inutilia ratione legantis tantum, vel legantis & legatarij, vel legatarij & eius à quo legatum præstandum relinquitur, vel ratione rei legatæ tantum, vel mixta ratione rei legatæ & personæ legatarij, vel legatarij tantum, tractu temporis non confirmantur, etiam si causa impedimenti remoueatur, vt ff. de reg. Caton. l. 1 in princ. & de leg. 1. l. cætera §. 1. Ergo regula constituit ius de nouo. Ad hoc respondent Doctores satis subtiliter, & dicunt, quod est considerare tres species casuum. Nam quidam sunt casus in canone vel lege specialiter determinati, & in illis regula non constituit ius, quia inuenit iam constitutũ. Quidam sunt casus excepti à legis determinatione, & in illis similiter regula nõ constituit ius, quia non claduntur sub regulæ dispositione: vt infra subijcietur. Qui dã verè sunt casus, in quibus est eadem æquitas, quæ est in casibus à iure determinatis, nec tamen reperiuntur in iure positi, & in illis regula facit ius propter identitatẽ rationis, quæ non patitur determinationem casuum similium

milium esse diuersam, vt ff. de iniusto rupto testa. l. Posthumus, & de verb. oalig. le. à Titio. † Aptius autem dici 12
posset, quòd aut constitutio iuris præcedit traditionẽ regulæ, & regula de iure iam constituto, quasi materiatũ de materia producatur, & tũc propriè locũ habet distinctio prædictorum casuum, videlicet, vt in iam determinatis & exceptis non faciat ius, sed in non determinatis, in quibus est eadem ratio O æquitatis, faciat seu constituat ius. Sed vbi non est ius constitutum ante regulæ traditionem, inuenitur autẽ sola simplex traditio regulæ, tũc ipsa regula est ius seu constitutio iuris, & ab alio nõ, sed à cõstitutione procedit, & ita potest intelligi pr alleg. l. 1. de reg. Caton. Circa quartũ, scilicet quod sit officium regulæ. † dicunt Doct. quidam, quod officium re 13
gulæ P est coniungere plures rationes casuum, id est, rationem traditam in vno casu ad plures alios extendere. in quibus vertitur eadem æquitas. Tamen ista expositio videtur non vera, quia cum tex. dicat ff. eod. l. 1. quòd regula est coniunctio rationis, & secundum opinionem præmissam non coniungerentur rationes, sed ius in vno casu constitutum ad alium extenderetur, sequitur quod opi. illa Io. remota sit à propria significatione verborum text. Itẽ secundum opi. Ioan. rationem vnius casus attribuerat alteri, quod text. non intendit, quia nihil de extensione casuum, sed de coniunctione rationis tractat. Itẽ si de extensione tractaret iam poneret de regula ius constituente, quod similiter videtur contra tex.
† Et propterea dicendum est, quod regula est coniunctio 14
rationi, ideò quia de ratione plurium casuum eandem rationem habentium, vnam numero genetalem traditionem facit, & sic quæ primò erant plures numero rationes ad vnum, ex omnibus coniunctis procedentẽ reducuntur per regulam: & ideò propriè dicitur, quòd officium regulæ est rationes coniungere, verbi gratia, statutum fuit primò in piscibus, quod occupanti concederentur. Item statutum fuit in aquibus, quod occupãti cõcederentur, eadẽ ratione, quia nullius in bonis sunt. Ex his omnibus sequitur traditio regulę, quæ rationes præ

dictas omnes coniungat, scilicet, quod in nullius bonis
Q est occupanti conceditur. Q † Circa quintum & vlti-
15 mum fuerunt duæ opiniones contrariæ Ioannes enim
R dicebat, quod exceptiones R non sunt de regula, quia
fiunt ad derogandum regulæ, vt ff. de reg Cato. l. [illegible] ref.
ergo oppositum id est confirmationem regulæ non in-
ducunt igitur sub regula non comprehenduntur quia
magis iutendunt ad oppositum id est, ad effectum regu
læ excludendũ, arg ff. de adime. leg. l legata inutiliter. de
condi & demon. l. cum tale. § fin. †Præterea species de
16 genere excepta non continetur sub genere ff. de pœnis,
l. sanctio legum, & de verb obl. l doli clausula. de leg. 3.
l. vxorem §. felicissimo. & l. seruis vrbanis. § vlt. & de a-
lim. vel cib. leg. l. alimenta. § basilicæ. & l. Stichus. Igitur
casus excepti à regula non continentur sub regula. Plac.
verò dixit quòd exceptiones continentur sub regula, &
pro eo videtur facere. ff. eo. semper generalibus specialia
17 insunt. Item † quod per exceptiones dicitur regula con-
firmari, vt in aut. de nõ alie. § vt autẽ Ergo videntur ex-
ceptiones esse de parte regulæ cũm ad regulæ confirma
tionem tendant. Mihi videtur, quòd vtraq; opinio con-
tineat veritatem: nam non sunt de regula, id est, non di-
18 sponuntur secundum regulã, imò quantum ad eas, regu
la perdit officium suũ. ff. eod. l. 1 in fi † Quia cũ officium
regulæ sit coniungere rationes, vt dictum est: & in his ex
ceptio non coniungat, quia aliqua ratio suadet coniun-
ctionem vitandã vt patet in regula, quod nullius in bo-
nis est, occupanti conceditur, quæ fallit in libero homi-
ner diuina, l. [illegible] in his enim non possumus sequi regulam
communem, vt ff. de leg. b. & senatusconsul. leg. in ijs, & l.
uis singulare. & propterea non clauduntur sub regula.
Et ita credendum est intellexisse Ioan. Et sunt sub regu-
la, id est, sub generalitate verborum in regulæ traditio-
ne expressorum continentur. quia si regula est de ho-
mine, & exceptio debet esse de homine, & non de
asino, seu capta seu alia specie. Item si regula procedit
de actione reali, non recte sequitur exceptio in perso-
nali

nali, nec econtrà. Et ita verisimile est intellexisse Placen. Ad arg. Io. potest responderi † quòd verum est, quòd ex 19
ceptiones impediunt regulam, id est impediunt eam cõ iungere casus exceptos, sed ostendunt eam firmam in alijs non exceptis, quia vbi sunt † plura capitula, quorum 20
effectus est distinctus si fiat detractio in quibusdam, videtur cætera confirmare, vt ff. de testament. milit. l. tribunus. §. vlt Item verum est quod species excepta non est sub genere. et dispositio eius non sequitur ad dispositionem generis, sed nihilominus est de genere, qualitate verborum inspecta, vt suprà dixi. Sicut si dicerem. Omnis homo legit, præter Martinum qui dormit. Martinus sub homine continetur, sed de eo aliud quàm de cæteris prædicatur. Ad argumenta. Placent, dicendum quod verum est, † quod specialia generalibus insunt, & sub ge 21
neralibus comprehenduntur quantum ad verba, non quãtum ad dispositionem, quia subest aliqua ratio, quæ non patitur ipsam secundum genus disponi.

ADDITIO.

Proœmium est considerandum tanquam causa finalis. no. Bald. in l. vt liberis col. 1. C de col. & in l. fi. col. 1. ff. de hæred instit. vbi dicit illum textum de iure melio. rẽ ad hoc, quod præfatiões & proœmia probãt causam finalem Nam ex verbis proœmij colligitur mens disponentis, ita per illum text. Pa. in c. aduersus de immu. eccles. & Bert. in l. ambitiosa. ff. de decretis ab ordi. fa. Bart. & Bald. in l. regula, cum ibi apost. ff. de iur. & fact. ignor.

Inquit lex. Adde, quòd in legibus tradentibus regu- A
lam. nihil superfluum ẽsse debet. Bald. in l. Gallus. §. 1. in 3. oppos. ff. de lib. & posthu per text. in l 1. ff. de reg. iur.

Breuitate. Adde, Breuitas enim commendatur. l. fi. B
§. 1. C. de app. & in l. fi C de donat. et facit tex. in l. 1. in prin. ff. de offi. præfect. præto. et dicit gloss. in l. 1. ff. quod met. causa, quod gaudent breuitate Moderni, intellige dummodo ex tali breuitate obscuritas non inducatur, vt notat. Bald. in dict. l. fi. C. de appell. quia vt dicit

Horat. Obscurus fio dum breuis esse laboro. & not. in procem ff. verb compendium, obscuritas enim reproba tur in l. si legatario. §. fin. ff. de fideic. liber. in l ita fidei ff. de iure fisc.

C L. 1. in princ. Vide ibi Bar. & Moder. Et differentia est inter generale & regulare: quia generale dicitur id quod infallibiliter est verum. Regulare verò, quod in aliquib. casibus fallit, vt not. Card. Alexand. in ca. synoduni col. 1. in fin. 17. distinc. & vide tex. cum ibi not. in c. venerabilem in princ. de elect. & in ca. quæro 6. q. 1. Vnde dicit Philosophus 5. Et hic, quod licet lex sit regula, tamen debet esse plumbea, propter duritiem, cum lapides interdum non possint sic dolari, vt æquentur alijs, quæ sunt in ædificio. Imò valet plumbea regula, vt in illa recuruetur, & denuò redeat ad rectitudinem. Ita in lege est, occurrunt enim aliqui casus particulares, in quibus legis rectitudo seruari non potest, in illis opus est flectere & incuruare regulam per dispensationē, vt ait Card. Alex. in c. regula. 3, dist. Et lex est quædam regula deriuatiua & ducta à ratione recta, secundum S. Thomam in 1. 2. qu. 90. art. 1. & in distin. 12. de quo vide fratrem Oliuerium Maillardi in sermone 47. dominicæ Passionis in quæstione theologali. Et regula dicitur virga. 1. q. 4. cap. ecclesia. §. item peccato. Item sumitur pro iure communi 58. distin. cap. 1. Item pro regula Ecclesiastica, 67. dist. c. quoniam. & 1. q. 3. cap. saluator. vers. alioquin & vers. in subiecto. Sed an regula præstet auctoritatem arguendi, sicut lex, vide glos. quam faciunt sing. Bal. Lud. Bologn. in suis secundis nouis interpre. in leg. 1. C. etiam ob chirog. pecu. & Bal. in cap. quod sicut. de cle&. & facit gl. in rub. ad le Iul. de adult. & in l. 1. ff. de sta. hom. & tex. supra in procem. Item dicitur regula, eo quod rectè regit, vel normam rectè viuendi tribuit, vt d. c. regula. & ibi Card. Alexand. &c. multos in fin. 54. distin. & vide Alb. in Dictionario suo, in verbo regula. & Ioan. Andr.
D hic plene in glos. ord. in. & Doct. Moder. & Anchar.

Pisces Adde quando licitum sit piscari in flumine publico, vel priuato, text. Bart. & Aug. in l. iniuriarum.

§. si quis.

§.si quis.ff.de iniurijs Ioan.Fab.Christop.Por.& An.Aret.in §.flumina.instit.de ter.diuis & Bart.in l fi.de vsucap.Bal.in rub.ff de rer.diuis.& in l item lapilli.col.1. eod.tit.tex.& glos.in l.si quis quam ff.de diuers.tempo. præscript & pulchrè Car.Alex.in c.1.§.si quis de manso. si de inuesti.feu.contro.fue.& an aucupari & venari sit permissum,vide per Doct.suprà alleg.& in l.diuus.ff de ser.rustic.præd.& Ang.Aret.in §.feræ.instit.de rer.diuis.sed hodie secundum Car.Alex in c.ius naturale col. pen.1.distin.de consuet.per quam tollerentur garen.vi detur quod in garenna aliena capiens non faciat suum sed tenetur restituere domino,& hoc probat quia si inhibitio facta fuisset per iudicē maximè cum causæ cognitione,tunc capiens rem captam non facit suam.arg.l. qui fundum.§.qui sciens.ff.pro emp.nam prohibitio iudicem impedit dominij translationē.& forsitan acquisitionem facit quod not.Inn.in c.fi.de accus.multò fortius lex consuetudinaria,quæ magis potest interdicere domini translationem,vt ff.de iure pat.l.si libertus.& de agri.& cens quemadmodum & Bart.& Ioan.de Pla. in l.1.de venat.fer.ll.11.& sing.decis parlamenti Gratianop.Delphin.q.228.& in addit.& quæ dixi in libr.consuet.Bituri.§.10.de consuet.prædiorum.item not.quod licet ratione lucri cessantis,possit peti regulariter interesse.l.3.§.fin.cum ibi not.ff.de eo,quod cer.loc.& per Dyn.in reg mora sua infra.cod.& Fel.post.Abba.in c. cùm venerabilis,de excep.de quo latè Lud.Ro.in le.si constante.§.fin.ff.sol.mat.& diffusè Balo.in l.vna.C.de sen.quæ pro eo,quod interest.& Bar.Ioan.de Pla.in l.1. de colleg.Illy.lib.11.tamen hoc est verum,præterquam in piscatore & venatore, à quibus non potest peti aliquod interesse ratione talis lucri cessantis,text.est in le. quemadmodū.§.idēq; Labeo & Proc.ff.ad l.Aqui.quē pro singulari ad hoc propositum allegat.Lud.Ro.in fin. dcxxxj.incip.tu habuisti, & ratio est in text.quia incertū est an caperentur ab eis pisces vel aues,seu volucres. Ideò nō potest haberi ab eis ratio lucri illius cessantis.idē tenet.Lu.Bol in suis primis nouis inter.in d.§.idēq;

Labeo. Venatio & aucupatio quomodo differant, vide Abb.in clem.1.de statu mona.& ad no.supra in princip. vide Bar.in l.3.ff.de acquir.rerum dom.& Ioan.de Plat. in l.quosdam. versic. quid autem. de naufrag. lib. 11. & Ang.in cons.160 col.1.

E Bestiæ. Adde quod bestiæ appellatione continetur solum fera non mansueta, nisi consuetudo regionis sit in contrarium, vt not. Ba. & ibi Alex.in add.in l.1.§.bestias sub §.remouet.ff.de postu.et Mat.de Mat.in suis notab. & ibi vide an asinus contineatur. Et not.quòd appellatione bestiarum comprænduntur animalia terrestria tantum, nec includuntur aues & pisces, quod notatur propter statuta, quæ dicunt quod de bestijs & animalib. soluatur tantū pro gabella. quid si dicerent de animalibus, includerentur pisces & aues, secus si dicerent de bestijs & not. Card. Alex. in cap.6 distinct.35.per gloss.ibi iuncto text. Voluit allegare Matheſil. not 91.incip.not. vnum mirabile, de quo per Fely.post Panor.in proœm. Decret.col.3.in gl.1. vbi meminit de Mat. Sed tu limita vt per Ro.sing 47.incipien. communis doctr.

F Regula. Adde Bart.& Doct.in l.1.ff eod. Alberi. de Roza in opere suo statutorum. in 1. parte. q.3. & dic vt per Pet.de Anch. & Doct.Mod.

G Vniuersalibus. Adde Bart.in dispu.sua incip.per Italiam & Bart. in l.si pluribus. & ib. Bal.ff.de leg.2. & Iaco de Bello in l.necessarias.ff.de pag. Act. & Bart. in le. 1.ff.eo.& in l.si ita.ff.de leg.2 vbi dicit quòd indefinita est, quando ponitur terminus cōmunis sine aliquo signo, vt homo & ibi vide de vniuer.& fin.& adde Io.An. in c. vt circa suprà de elec.super verbo aliorū. Bald.& Alex.in l.2.ff.de li & posth.& ibi aliquid per Ang.& Lud. Bolog l.si plures.ff.de le.3.in secundis interpret & Bald. in l.fin.§.incomputatione. C.de iure delib. & in cap.3. de pace iura fit. in cap.auditis de præscri.& ibi Fely co. 13.vers gusta.et Barto.in l.1.§.sed & si cert.ff.de vend in poss.mitten.Albert.de Roz.in dicta leg.si pluribus de l. 2.& in Dictionario in verbo indefinita.& ibi Io.Papt. in addit.et Pau.de Cast.in consilio 355. in antiquis et

Anch

Anc.hic in 5.col & Dyn in regu exceptionem.infra eo. & Bald.in consi.17. lib 1.& per Phil Franc.hic, col.2.& infra.c cum multis.num.1. & ibi dixi in apost.in ver.indefinita.de rescr.dixi etiam in Apost ad Panor.in c.fin. in fin in ver.Old.de con lepro, notaui in d. leg si ita in apost.in ver indefinita & in apost ad Bar. post Alex.& alios in d le.si pluribus.col.2. ver. quæro vtrum hoc sit verum in ver.indefinita.not Old.consi.c.incip.in executione.& consi.172.& alleg.25.vol.4.

H Lana. Adde quid veniat appellatione lanæ Bar. in l. si cui de le.3.hic alle.& in l.pediculis §. Labeo.ff.de aur. & arg.leg.& ibi Alexan.in addi.& ibi habes quid venit etiam in leg.pannorum lini & lanæ:& vide Bar. in le. 5. in princip.de auro & arg leg. & Bal.in rub. C.de verb. signifi.

Dic etiam quod lanæ app.venit etiam non separata à pellibus animalium mortuorum,& ipsa etiam pellis cui hæret si propter lanam principaliter habeatur, non si e diuerso,vt not Bar.in l.lena,& in alleg.si cui lana ff.de leg 3.Item venit fericum l.1 C. quæ res ven.non possunt Nec omitto vnum valde not quod lana dicitur fructus industrialis, vt no.Bar.in l.ex diuerso.ff de rei ven. & in l.sequitur §.lana.ff.de vsuca.& in §. si quis à nō domino per glos. instit.de rer.diuis quæ facit ad hoc,quod lana cedat emptori bonę fidei,quod non esset si esset fructus naturalis secundum Bart.in d.l.§.lana. & in l.ex diuers. & not Bal in l. C.de vsu & fruct leg.

Sed dicendum. Adde eundem in c. possessor. nu 20. I infra eod. F.C.

Non æquipollet.Idem tenet Bart.in l.Cæsar. col.4.in K princ.in 2 quæst.nu.17.ff.de pub. G.S.

Si pluribus. Adde, quod indefinita æquipollet vni- L uersali collectiuè,non autem distributiuè. per tex.in d. l.si pluribus ff.de leg.2. sing. secundum Bal in sua Margarita,in verbo indefinita ad hoc benè facit gl.1.in d.l. si pluribus & fac.tex.in l.si ita relictum in princ ff.eo.& vide Albe.de Roza.in l.de pupillo.§.qui numerat.ff.de oper.ne.nunt.

M L.1. Adde Car. in dict. leg. 1. & ibi Doct. ff. cod. titu. & Albert. de Rom. in opere statut. in prima parte & Ioan. And. & Anch. hic & per Fel. post Abb. in c. quoniam frequenter. in prin. vt lite non contest

N Constituit Nota quod regula Catoniana est regula iuris, quia ius de nouo constituitur sed Ioan. And. tenet hic contrarium quod regula Cato. non sit regula iuris per rationem Dy. sed Bart. concordat eos in l. 1. col. 2. ve. r. his præmissis. ff. de regu. Cato. & adde an regul. Catohabeat locum in lega. inutil. & gl. in d. l. 1. distinguit tres casus, sed Dy. hic & in d. l. facit sex casus de quib. vide per Bart. in d l 1. col. 4. in l. cætera. § 1. & ibi Do. ff. de le. 1. & quæ no. Dy. in reg. non firmatur in fi. infrà eo. & ibi dico. & Barr. in l. 1 ff cod. tit.

O Ratio. Adde quia ratio legis, seu etiam constitutionis est quæ regulat ipsam legem, seu constitutionem l. quod dictum. ff de præt. in leg. adigere, §. quamuis. ff. de iur. patrona. ratio enim est sicut anima & spiritus legis: verba autem sunt sicut corpus & superficies. secundum Bal. in l. si quis seruo persuaserit. C. de furt. & in le. 1. col. antep. ff. de solut. matri. cũ sim. quæ refert Iason in l. qui quadringenta col. 2. in fi & col. 2. in prin. ff. ad Tabcl.

P Regulæ. Adde hic gl. Pet. de Anchar. & Mod. & Bart. in l. 1. ff. eo. tit.

Q Adde de hoc omnino Alex. in l. si quis sic ff. sol. mat. Conceditur. Adde non sufficit habere regulam pro se donec probetur de exceptione. l. ab ea parte. ff. de probat. & l suus quoque vers. puta. ff. de hære. instit. in c ad decimas. de restit. spol. & c. venerabili. vers. potest quoq;. de sent. excom in 6. nam pro regula semper est pronuntiandum, nisi probetur exceptio, secundum Bal. in cap. 1. col. 3. de alie. iudi. mu. causa fac. & in l. si tutor. in fin. C. de ser. pigno. dat. manumiss. & potior est causa. pro qua facit regula. cùm aduersarius habeat necesse fallentiam ostendere, dicit gl. not. in hac rub. refert Iaso. in l. post dotem. col. 16 ff. solu. matr.

R Exceptiones. Adde Angel. Arer. in §. sic itaque. col. 3. instit. de act. Alb. de Roz. in 1. parte statutorum. q 68.

& Abb.

glo Abb. & Doct. in c. causſam. de præscript. & pulchrè Bart. in l. 3. § ex contrario. & ibi Alex. ff de acquiren. possess & Felyn in c causſam de præscript. colu. penul. versi. quamuis. vbi dicit, quod in vno casu sufficit naturalis, videlicet in præscribente vsumfructum, nam vsufructuarius possidet naturaliter, vt le. naturaliter. ff. de acquiren. poss. & de materia, vide Archi. in §. 1. 13. quæst. 1 & Pet. de Anchar. in cap. 1. col. 6 de præscri. supra eod. iib. & Bald in l. si vt certo. §. si duobus. ff. commod & in l. traditionibus. colum. 4. C. de pact & in l. cum res. C. de probat. & Ioan. Fab. in § penult. instit per quas. persona bis acq. & an appellatione poss. simpliciter intelligat de ciuili vel naturali. vide Alexan. consil. 28 col. 1. versic. & tali, volum. 2. & Bart. & Doct. in le. naturaliter §. nihil commune. ff. de acquiren. poss. in 5. lect. & Bald. in l 1. C. commun. de vsuca & Fely in c. causſam. col. 6. ver si. adde etiam de præscrip. & in c. 3. post. princip. de probat. Adde Bal. in l. pen. col. 2. vers. hæc ratio est falsa. C de cond. infert & omninò in l. mater, paulò post principip. & in auth. defuncto. col. 2. versic 7. quæst. est C. ad Tertul.

Adde, quòd communis opinio est, quod sola ciuilis possess. sufficiat ad præscribendum, vt latè scribit Ias. in §. rursus. super glos. in versicu. abesset. instit. de actio. F. C.

Absentem, Adde Abb. & Fely. pulchrè in c. vigilanti. Z
de præscript. & quis debet probare absentiam ad infringendam præscriptionem, vide ibi, & Angel. in l. empto. C. de præscrip. long. temp. qui dicit, quod ei qui allegat. Idem Alexan consil. 88. col. vlt. ver. fortius. lib 2. & text. & glos, & ibi Bald et Doct. in le. fin C. de præscrip. long. temp & Bart. in l. 1. §. si quis autem. ff. de itin. actuque priuat. & Cepol. de seruit, vrba. prædio. cap. 23. & amplè in decis. Capel. Tholos. decis. 76.

Annos. Adde quæ requiruntur ad perdendam ciuilem possessionem glos. Innoc. & Abb. in c cum venissent. colum, vlt. versi. vlt. nota de restit. spol. & Innoc. in c. querelam. de elect. et glos. Bart. & alex. in leg. fi. de eo. A

§. si fortè. ff. de acqui. poss. & Cy. Bart. Bald & Saly. in l. 1. C. de seruis fugit et sing. per Abb. et Felyn. in c. vigilanti, col. 4. vers. & ideo adde de præscr. vbi ponit quatuor casus, et omnes supradicti sequuntur Dy exceptis Imol. et Rom. in d. §. si fortè, quod inducitur obliuio possessionis ciuilis. et præsumitur de ipsa oblitus per decennium et sequitur Bald. in l. fin. C. de his, qui à nō domino, sed Imo. et Roma. dicunt obliuionem biennio per iudicem arbitrandam vide Felyn. in dict. cap. vigilanti. column 5, vers. quartus casus, et sic habes, quod occupās incipi. præscribere non statim, sed demum possessione ciuilia domino amissa prædicto modo obliuionis decennij, vt not hic Dyn. infra, et alijs tribus modis per Fel. in d. et vigilanti notatis.

Adde Specul. in tit. de iurisd. om. iud. vers. vltimo nota, & in tit. de loca. §. 6. vers. 46. et in titu. de confes. §. 3. vers. quid si confiteor. & vers. seq. qui incipit, sed quid si confiteor. & alex. omninò in l. 1. §. interdictū ff. vti possid.

In Regul. Peccatum.

Argumenta.

1 *Peccatum non remittitur, nisi prius ablatum restituatur.*
2 *Nisi dictio. quando affirmare dicatur, & quando negare.*
3 *Argumentum à contrario sensu lex est.*
4 *Caussa finali sublata tollitur effectus ciusdem.*
5 *Pœna nulla esse debet, vbi nullum delictum.*
6 *Absolutus an sit à peccato, cui remissa est restitutio.*
7 *Solatio & debiti remissio æquiparantur.*
8 *Satisfactum dicitur creditori per quemcunque modum, què acceptauerit.*
9 *Restituere quid sit.*
10 *Restitutio quando facta esse fingatur.*
11 *Restitutio impossibilis non obligat, modò adsit restituendi voluntas.*

12 *Obligatus quando difficultate excusetur.*
13 *Restituere & tradere sunt facti.*
14 *Impedimentum superueniens debitori quando eum excusset.*
15 *Casus. quem præcessit culpa, non excusat.*

REGVLA IIII.

PEccatum non dimittitur, nisi restituatur ablatum.

† Si rem meam surripuisti, vel violenter abstulisti, vel aliud à me extorsisti per vsurariam prauitatem *A* non remittitur tibi peccatū, et consequenter nec pœna peccati, nisi restituas rē ablatam, et hoc intendit hæc regula, et probatur sup. de vsur. cùm tu, et de censibus ca. et dictio nisi, *B* ponit, sicut in c. proximo, et ff. de vent. possess. mit l. extraneo, & de ferijs. le. si feriatis, et de custo. reor. l. 2. §. fin. aliquando autem reperitur, quod negat, seu priuat/vt C. de transact. l. 4. et ff. de reg. iur. leg. quo tutela. in princ. et ideò dicendum videtur, † quod vbi præcedit oratio negatiua, dictio, nisi ponit, vt d. le. extraneo. l. si feriatis. et l. 2. vlti. & de adimen. leg. l. si quis ita §. si Titio. et de adim. lega. leg. Stichus. §. Titia. & in hoc c. & seq. sed vbi præcedit affirmatiua. tunc negat seu priuat, vt d l. quo tutela in prin. ff. eo. de diuers. præscr. l. de accessionib. §. vlt. et ad Turpil. l. 1. pen. et de iure fisci. l. 3. §. multa. & l. non possunt. Sed contra hoc videtur. ff. de reg. iur. l. nemo ex ijs. in prin. vbi priuat & non ponit, et tamen negatiua præcedit, sed illa negatiua æquipollet affirmatiuæ, et ideò dictio, nisi priuat. *C* sicut vbi vera affirmatiua præcedit. Item contra prædictam solutionem videtur ff. de manumis. testa. l. Titia. §. vlt. vbi videtur præcedere negatiua, et tamen dictio nisi non ponit. Sed ibi negatiua nō præcessit, sed secuta fuit, & ideò non videtur habuisse animum concedendi libertatem, sed potiùs impediendi, & propter illā præsumptionē animi impedientis impeditur donatio libertatis, arg. ff. de adi. lega. l. legata inutiliter, & de cō & demō. l. cùm

1 *A* Nisi
2 *B*

cùm tale §. vlt. Arguitur ergo à contrario, si restituatur
3 ablatum, remittitur peccatum, † cum ar. à contrario sen-
D sa sumptum sit lex, D vt ff. de testi. l. ex eo. & de testa. le.
4 qui testamento §. mulier † & cum sublata caussa finali
alicuius rei tollatur effectus. vt ff. de donat. l. 2. §. vlt. & l.
& generaliter in prin. & de excep. rei iudic. le. 1. & de a-
dim. leg. l. alumnæ. §. Seia liberta. & sup. de præb. c. si pau
per. lib. 6 Cùm ergo delictum sit caussa finalis pœnæ im
5 ponendæ, † quod pater, quia vbi non est delictum, non
debet esse pœna. ff de verb sig l. aliud. §. inter mulctam,
C de pœn. l. sancimus, & benè sequitur quod restituto
ablato, & sic reducta caussa ad non caussam, remittitur
E peccatũ, E sed contra hoc apertè ff. de furt. l. qui ea mẽ-
te, et vi bon. rapt l. pen. vbi restituta re sublata, vel violẽ-
ter ablata, non remittitur peccati pœna. Sed illud secun-
dum rigorem iuris ciuilis, secus autem de æquitate iuris
6 canonici, quod diuinum imitatur. † Quæri autem solet,
si fur vel raptor, vel vsurarius habet facultatem rei resti-
tuendæ, si fiat ei remissio absq; eo, quod restituat rem.
an intelligatur à peccato absolutus, et quidam dicunt,
7 quod sit absolutus, † quia soluere & consequi remissio-
8 nem eius, quod erat soluendum, paria sunt ff. de re iud.
l. 4. §. soluisse & l. intra dies, † & quia satisfactum acci-
pimus per eum modum, quem creditor acceptauerit. ff
de pign act. l. si rem. § satisfactum autem. et quib. mod.
pign. vel hypot. sol. item liberatur in princ. Alij dicunt,
quod non liberatur quis, quia verbis regulæ inhærendũ
9 est in dubio cum de peccato agatur. † Restituere autem
est, rem in primo statu reponere. vt ff. de vsur le. videa-
mus §. in Fauiana. et ne quid in loco publico. l. 2. §. vt re-
stituas. et de verb. sig l. cùm prætor. & l. plus est in resti-
tutione. & l. restituere. Non absurdè tamen dici potest,
10 † quod si res erat restitutioni parata & tũc fiat remissio
F quod habeatur perinde ac si res esset restituta. F & post-
ea per eum cui restitutio facta fuit, donata sit restituen-
ti, arg. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. 3. §. sed si debitorẽ
& §. vlt. et de iure dot. l. vir. ab eo. & ff. si cert. pet. l. singu-
laria, circa fin. & de solut. l. solutam pecuniam. & de rei

vend.

vend. l. hæc si res aliàs non potest intelligi propriè facta restitutio, cùm quantum ad propriam significationem verborum, aliud sit remittere, aliud restituere, vt dictũ est. Sed † si non habeat facultatem rei restituendæ, tunc 11
esset sibi impossibilis restitutio, & tunc sine restitutione absoluetur, G quia nemo potest ad impossibile obligari, G
vt infra eod. c. nemo potest. & ff. de reg. iur. l. impossibilium quia ipsa non habendi necessitas excusatur, vt ff.
de mun. & honor. l. cura. §. inopes. licet fortè iure ciuili
non esset excusatus, quia naturalis impossibilitas, non
personæ difficultas debitorem excusat. vt ff. de ver obli.
l. continuus. §. illud. Sed † mihi videtur. quod etiam se- 12
cundum rigorem iuris ciuilis posset excusari, multum
enim refert vtrum sit in obligatione datio H vel factũ, H
nam si est in obligatione datio & difficultas personæ,
non excusat debitorem, vt in §. illud, sed vbi est in obliga
tione factum personæ I casus contingens in persona, de. I
bitorem excusat, siue factum debeatur ex contractu, si-
ue ex promissione in iudicio facta. De cõtractu patet. ff.
ad leg. Rhod. de iact. l. vltim §. penult. De iudicio, si quis
caut. l. si is. † Verum est, quod glossatores iuris ciuilis di- 13
stinguunt inter iudicia & contractus, & nihil est, quia i-
dem est in vtroq;, quantũ ad hoc in l præall. Cùm ergo
rem restituere sit factum, sicut etiam rem tradere K vt K
ff. de verb obl l. vbi autem non apparet. §. qui id, & l stipulationes. §. idem puto, sequitur † quod impedimentũ 14
superueniens in personam debitoris, quod restitutionẽ
impossibilem facit, debitorem excusat. † nisi culpæ præ 15
cesserit casum, l quia tunc non excusatur propter casum L
vt ff. sol matri. l. etiam. §. licet. Item vbi delinqueret sub
spe veniæ M consequendæ quia tunc videtur culpa ca- M
sum præcedere, & ideò excusari nõ debet, ar. ff. de dam
infect. fluminum. §. item apud. & §. Seruius, & de act. &
oblig. leg. 1. § is quoque, & commo. leg. in rebus. §. quod
autem.

ADDITIO.

Prauitatem. Adde, quod restituere tenetur quis id. ℣ A habuit

habuit ex furto rapina, oppressione. dolo vel calumn. c.1 14.q.6. vnde Lucæ 20 i Zachæus dicit, Ecce dimidium bonorum meorum Domine do pauperibus, & si quem defraudaui, reddo quadruplum, de quo vide Scotum in 4. distin xv. q 2. Vbi ponit quinque articulos scilicet quid sit restituendum, quis tenetur restituere, cui est facienda restitutio. propter quid restitutio fit, et quando. vide religios. fratrem Oliuerium Mallardi in serm. 38. in vltima parte Dominicæ 4. Quadragesimæ, et in ser. seq. in vltim. parte, et idem dicendum in omnibus casibus, in quibus competit repetitio, & istud habet locum in foro animæ, nam vbicunque ius positiuum habens concursum legis seu æquitatis naturalis, disponit super repetitione seu restitutione facienda, talis lex est seruanda in foro conscientiæ. vt notat. Abb. in ca quia pleriq; de immuni. eccle vbi vide multa alia notanda in hac materia, et an restitutio malè ablatorum debeat fieri per manus illius, qui tenetur restituere, vel per episcopum. vide Felyn. in c. cum sit. de Iudæ, vbi facit tres conclusiones, et Bald. in cap. 1. §. iniuria. col. 2. versi. quæro de pac. tenenda.

B Nisi ponit. Adde de hac dictione. Bart. Bald Salyc. et Alex. in dicta. l. 4. C. de transact. et latè in tractatu meo Dictionum. sed vltra vid. Alex consil. lxxxvij. lib. 1. & per Ioan. And. hic & in addit Spec. tit. de sponsa, super rub. in ver. negationem. et glos. in §. 1. de iis, qui in mis. non con. in verb. præter. in Pragma. Sanct.

Adde, quod Dyn. ait dictionem nisi in hoc tex. ponere, reprehenditur è Bart. in l. si eum. §. qui iniuriarū col. 2. vbi plenissimè de hac dictione. et quid differat à parti. cula, si non. ff si quis caut. F. C.

C Nisi priuat. An dictio nisi priuet, adde nota. per Ias. in prin. inst. de actio. col. 1. nu. 1, & 2. G. S.

D Sit lex. Facit l. maritus. C. de procurat et l. cū prætor. ff. de iudic. et not. ad aliud. Bal. in l. fin. C. de edend. col. 3. num. 2. ibi quintò scilicet quod regula quæ est ad certos casus limitata, in aliis casibus intelligitur disponere. totum oppositum Sed de argumento à contrario sensu

not.

not communiter Doct. in l. 1. §. huius rei. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. et in l. conuenticula. C. de sac eccle. G.S. Adde Dyn. in reg. quod ob gratiam in 7. opposit. infra eod. F. C.

Peccatum. Adde an restituere rem raptam prosit raptori ad pœnam euitandam. Abb. in ca. 1. de dolo et cõtum. et in c. olim in 1. de restit spo. Alberic. in dictio. in ver. restitutio & opin Dyn. hic sequitur Bart. in l. qui ea mente. ff. de fur. col. 1. in fin quod in delictis locus est pœnitentiæ, de quo per Bal. in l. 1. C. de plus petit. & in le. si quis in suo de inoffic. testam et Ioan. And. in c. cum laici. de iure patro. &c. in pœn. infra eo. in Mercu. & Alex. in additio ad Bart. in d. l. qui ea mente. et aug. de Perus. in l. si non conuitij. C. de iniur. & magistralem distinctionem. Saly in l. 1. in 1. et 2. colum. C. de crim. stel. et Dyn. in sequent. reg. in 1. q. & Paul. de Cast. consil. 24. in antiq. col. 1. et Card. alex. in c. nunquam. 56. distin. & quæ not. Cyn. Bart. bald. & Saly. in l. si quis non dicam rapere. C. de episc. et cler. & Birt et Ang. in §. sic igitur. iu authen. vt iudi. sine quoquo suffra. col. 2. & quæ not. Bart. Bald. Paul. de Cast. et Alex. in l. quamuis ff. de iureiur. & Dyn in reg quæ contra ius. vers. sed contra regulam videtur infra eo. et Doct. in l quicquid calore. ff. eo. ti. & Cyn. Io. Fab in d. l. si non conuitij & ibi Salyc. et Decis. Capel. Tholos. q. 409.

Restituta. Adde quid sit restituere. Abb. in c. quærelã F in fin. de elect. et in cap. præterea. de vsur. vbi ponit differentiam inter satisfacere et restituere, et in rubr de restit. in integ et Bart. in l. qui proprio. §. item quæritur. ff de procur Quotuplex sit, vide Bart. in le. cum quis. §. si quis pro reo. ff de solut & in l. 1 § fin. ff. de quæst, et ibi vide Alexand. in addit. & Bald. in cap. 1. & ibi Card. Alexand. col. 4. Hic finitur lex. et incip. Consuetud. Regni colla. 10.

Absoluetur. Adde quod idem tenet expresse Bald. in G l rogasti. §. si tibi. col. 1. ver. quid autem si remisi vsuras vsurario, cum seq. q ff. si cert. petat. & in le. singularia. co. 3. cod. titu. & vide Host. in summa de vsur. §. final. ver.

quid

quid si fœnerator, et ver. quid si vsurarius. et Dom. in c. quanquam. de vsur. suprà eod. lib. Ioan. And. hic in glos. & in Mercur. tenet contrarium. et in add. Specul. tit. de vsu. §. et Fed. Sen. in consil. 18. incip. quæst. talis est. et Ancha. et Card. in consi. 10. super. rub. de vsur. et pulchrè Alex. in consil. 91. col. 1. et vltim. libr. 2. et Feder. consil. 22. et Laurent. de Rodulp. in repet. c. consuluit. in 1. q. de vsur. vide Roman. sing. 201. incip. Regula est. colum. 2. ver. colligitur, et Alexand. in leg. si plagij. colum 1. ff. de verb. obli.

H Datio. Scilicet quantitatis. vel in genere, aliàs in obligatione dandi speciem difficultas impedit moram. vt tenent Bartol. Alexand. et omnes in leg. quod te. ff. si certum petat. vbi Philipp. Deca. ad fin. Idem sentit in obligatione dandæ quantitatis, et malè, vt ibi in annotat. dixi. C. M.

I Adde, quod non dimittitur peccatum. nisi fiat restitutio, si restitui potest. nam non valens illicitè rem extortam restituere, ex quo pœnitet, liberatur à pœna æterna, vt not. Abb. et Ioan. de Ana. in c. cum tu, de vsur. & sanctus Thom. 4. q. 66. et Ioan de Ana. in dict. c. cum tu. tenet. Dy. hic in fin. et quando impossibilitas naturalis siue difficultas personæ excusat debitorem, vide Bar. Imol. et Paul. de Cast. in l. continuus. §. illud. colum 2. ff. de verbor. obligat. et Dyn. et ibi in addit. in reg. nemo potest. 1.

K Tradere debet. Adde an quis præcisè teneatur ad factum, Bartol. et vtrunque Imol. in leg. stipulationes. ff. de verbor. obligat. in leg. si quis ab alio. §. fin. ff. de re iudic.

L Casum idem tenet in cap. contractus, numero 11. infra. cod.

M Veniæ. Adde tex. et ibi Abb. in cap. illud. de cler. excom. et istud induxit Ias in § si. col. 3. vers. 11. fallit. inst. de act. quod is qui sub spe cessionis bonorum contrahit, non admittitur ad cessionem bonorum, vt tenet ibi Io. de Platea, et benè facit. quod not Bartol. in 3. le. 1. §. 1. ff. si quis testa. lib. esse.

In Reg.

In Regul. Peccati venia. Argumenta.

1 *Correctio mentalis, id est, contritio requiritur, vt venia Peccati concedatur.*
2 *Soluuntur facilius, quæ ligantur facilius.*
3 *Ligatur quis facilius iure diuino quàm humano.*
4 *Cogitatio sola peccati pœnam non meretur iure ciuili.*
5 *Correctio triplex est, & qua differniatur earum quælibet.*
6 *Ius ciuile quid in peccatis attendat,*

REGVLA V.

PEccati venia nō datur nisi correcto.

Hæc Regula concordat cum proxima præceden-
ti, quia sicut in precedenti non remittitur peccatum, ni-
si restituatur ablatum, † Ita hic non remittitur pecca- 1
tum nec peccati pœna, nisi interueniat mentalis correc-
tio, id est, animi pœnitentia & cordis contritio, his
enim interuenientibus datur peccati venia. A Sed quæ- A
ritur, cur de iure canonico propter solam pœnitentiā,
id est cordis contritionem, datur peccati venia, & non
de iure ciuili? vt ff. de edict. l. quis sit fugitiuus, et de
furt. l. qui ea mente. cum similibus. Responsio est aper-
ta † quia ea, quæ facilius ligant, facilius dissoluunt, seu, 2
quæ facilius ligantur facilius dissoluuntur, vt ff eodem
le. nihil tam naturale. & le. ferè. & de sol. l. prout. quisq;.
& de rescin. ven. l emptio. † Constat autem quod de iure 3
diuino facilius quis ligatur quia sola mētis cogitatione,
si modò fuerit huius propositi, quod occasione data, id
quod cogitauit, commissurus sit. vt ff de verb sig. l fugi-
tiuus & ideò per contrariā animi pœnitentiam, & cor-
dis contritionem consequitur remissionem peccati, &
pœnæ pro peccato imponendæ. † Iure autem ciuili 4
per solam animi cogitationem ad actum non procedē-
tem pœnam quis non meretur. vt dict. l. fugitiuus, & de
pœnis. l. cogitationis, & ideò sola cordis contritione ve-
niam

niam non consequitur. Correctio, id est, pœnitenti, & B cordis contritionem habenti. †correctio enim triplex B reperitur, vna verbalis, alia realis, tertia mentalis, tamen nec verbalis, nec realis prodessent, nisi mentalis interueniat, quo ad Deum, cùm ad cor tantum respiciat Deus, & quantum ad peccati commissionē et quantū ad commissi remissionem consequendam: †C iura verò ciuilia C 16 quantum ad commissionem considerant factum concurrens cum animo & non factum tantùm sine animo quia voluntas & propositum maleficia distinguūt, vt ff. de fur. l. qui iniuriæ, et de sicar. l. infans. l. diuus. nec animum sine facto considerant, vt d. l. fugitiuus, & l. cogitationis.

ADDITIO.

A Venia. Adde Cardi. Alex. in c. deniq; in prin. 4. dist. in fi. vbi dicit esse ibi gl. limitantem hanc reg. quod procedit in venia culpæ secus in venia pœnæ quod non est idem not. Alber. de Ros. in Dictionario in ver venia licet Dy. hic videatur sentire contrarium. quod correctus consequatur remissionem pœnæ, de quo dixi sup. in re. præcede.

B Triplex. Adde Abba. in c. cum ex iniuncto de hæret.

C Consequendum. Adde sing. Cyn. & Bal. & Salyc. in l. si quis non dicam rapere C. de epis. & cler. Bart. in l. 1. in prin. ff. de extraor crimi & Bar pulchrè in cons. 17 & Alex in l. 1. §. fin. ff quod quisq; iuris. & Saly. in l. 15 qui cū telo C. de sic. & Ab. in c. 1. de præsump. & Doct. in c. perpetuo supra de elect. eod lib. Bald. & Ang. Aret. in §. item lex Cornelia. instit. de publ. iud & Bart. in l. 1. §. diuus. & l. diuus ff. ad l. Corne de sicar. signanter per Felyn. in d. c. 1. de præsumpt. post. do. Ant. et Imol et Felyn. in tract. suo de conatu, quem posuit post tit. de ap. vbi ponit in dictis locis regulā, quod conatus sine effectu pœnam meretur, & etiam octo fallen. Et quid in statutis maleficia punientibus vide per Doctor supra alleg. et Paul de Castr. in consil. 27. in antiq. column. 2. versic. dicit aliquis, et ad prædicta vide Lud. Bolog. in leg. in

excecu-

executione §. quæcunq; ff. de verb. oblig. in secundis interpretationibus. Qua pœna puniatur ille, qui repertus est in domo animo furandi, nō tamen processit ad actū. vide Bart. in l. qui ea mente. ff. de fur. & Bald. in dict. l. si quis non dicam rapere & Ant. in cap. 1. de eo qui mit. in possess. cauſſ. rei seruand. & Archid. in c. qui bona. 17. q. 1. vbi dicunt per tex. in l. sacculari; ff. de extraor. crimin. quod relegatur vel ad opus traditur. sed ibi Lud. Bolog. tenet contrarium. ad not. hic vide Bald. in consil. 24. volum 4. & Cardi. Alexand. in cap. omnes. 22. dist. & Bald. in consil xxx. libr. 2. & in consil. 58. column 7. versi. item quæ inſtit libr. 1. & in consil. 27. libr. 2. Et an conatus puniatur in ciuilibus, ſicut in criminalit. dic quod non, vt not. glos. ſing. & Bald. in leg. ſi conſtiterit. C. fin. regund & Felyn. in cap. cùm acceſsiſſent. col. 16. Dec. conſil. xxxij. & in conſil. xxxvj. Adde in quantum alleg. Felyn. in tract. de conatu poſt titul. de app. qui nunc per modernam impreſsionem ponitur poſt titul. deſponſa. & de hac materia vide omninò Panor. in cap. adoleſcens & quod ibi poſui in addit. ad ipſum in verſ. conſummatum. numer. 2. de deſpon. vbi pono quid de hoc caſu in foro fori, & in foro poli. & Rom. ſing. 320. incipiente, iudex capiens pecuniam.

In Regul. Nemo poteſt. Argumenta.

1 *Promittens, quod eſt naturæ impoßibile non obligatur.*

2 *Promittens impoßibile de facto non obligatur.*

3 *Obligari nemo poteſt ad id, quod naturæ, facto, vel iure eſt impoßibile.*

4 *Præceptum, aut etiam auctoritas ſententiæ neminem ad impoßibile poteſt obligare.*

5 *Confeßio continens impoßibile naturæ, facto, aut iure, non eſt obligatoria.*

6 *Legis auctoritas ad impoßibile non poteſt quenquam obligare.*

8 *Obligari impoßit quis ad impoßibile ratione vltimæ voluntatis*

luntatis, vel contractus.

8 *Promittens impoßibile an obligetur naturaliter.*

9 *Obligatio naturalis oritur ex conſenſu, & nu.* 11.

10 *Contrahere nemo præſumitur ſcienter ſuper re impoßibili.*

12 *Obligatio an fiat inutilis per impoßibilitatem.*

13 *Condictio impoßibilis quando vitiat obligationem.*

14 *Impoßibilitas ſuperueniens non vitiat obligationem in vltimis voluntatibus.*

15 *Promittens impoßibile ſub pœna, an obligetur ad pœnam.*

16 *Obligatio occaſione delicti contracta extinguitur, ſicut & delictum morte ſerui.*

REGVLA VI.

NEMO poteſt ad impoſſibile obligari.

1 † Si promitto alicui dare quod eſt impoſſibile de natura dari, vt ſolem, lunam & ſtellas, non obligor, vt ff. de verb. oblig. l. ſi ſtipuler. 2. reſp. Item ſi promitto facere id quod impoſſibile eſt de natura fieri, vt cælum digito tã-
2 gere, vel cælum aſcendere, vt d. l. ſi ſtipuler 1. reſp. † Item etiam ſi promitto id, quod eſt impoſſibile de facto, vt montes Alpium vltra mare deferre, arg. ff. de ſtatu. lib. l.
A cum hæres. §. 1. Item A ſi ſtipulor id, quod eſt impoſſibile de iure. vt rem ſacram mihi dari, vt inſti. de inuti ſtipu. in prin. & ff. de ver. obl. l. inter ſtipul. §. ſacram. & l. ſi ſtipuler. § item quod lege. Intẽdit ergo regula dicere. †
B quod nemo poteſt obligari Bad id, quod de natura de facto, vel de iure eſt impoſſibile, & hoc in contractibus, idem in vltimis voluntatibus, quia nec authoritas vltimæ voluntatis, quæ excedit authoritatem contractuum vt ff. eo. l. in teſtamentis, poteſt ad impoſſibile aliquo de prædictis modis obligare, arg ff. de leg 1. l. ſi quis inquilinos. §. vlti. & l ſeruo alieno §. vlt. & l apud Iulian. §. conſtat. & de condit. inſtit. l. quidam. & l. filius. & l. quæ ſub conditione. Et idem in ſententijs & præceptis,

†nam

† nam nec autoritas sententiæ, nec præcepti potest al- 4
quem ad impossibile obligare, vt ff. quæ sent. sine appel.
resc. l. vl. t. & 2. respon. † idem in confessionibus, quia con 5
fessio continens impossibile de natura de facto, vel de
iure, non est obligatoria, vt ff. de interaction. l. confessio
nibus. §. & si eum. & l. seq. § in totum. & ad leg. Aquil. l.
inde Neratius. § vlt. † Nunquid autem legis auctoritas 6
potest ad impossibile obligare, dicendum est, quod non,
quia lex debet esse possibilis & honesta, C aliàs pro non C
lege est habenda, vt in c. erit autem lex 4. dist. † est ergo 7
effectus istius regulæ generalis, videlicet vt nec autori-
tate contractus, vel vltimæ voluntatis, nec sententiæ,
nec præcepti, nec confessionis, nec legis possit aliquis ad
impossibile obligari, saltem ciuiliter, quia huius obliga-
tionis effectus per canones & per leges improbatur, vt
hic, & ff. eo. l. impossibilium an † autem saltem naturali- 8
ter obligetur vigore contractus, vel vltimæ voluntatis
impossibilitatem continentis. D quod prima facie vide D
tur, † quia consensus adest, ergo naturalem obligationē 9
parit, cùm nascatur ex conuentione seu consensu, vt ff.
eod. l. cum amplius, §. is natura debet, & de solut. le. Sti-
chum. §. naturalis. Econtra videtur mihi, quòd naturali-
ter etiam non obligetur. † primò, quia consentire non 10
videtur super re impossibili scienter contrahēdo vel di-
sponendo, vt ff. de act. & obl. non solùm Secundo quia
si ignoranter contrahat, aut disponat credens possibilē,
quæ erat impossibilis, videtur error adesse igitur & con
sensus abesse, vt ff. de inrisd. om. iud. l. si per errorem, &
ff. de iud. l. 2. & C. de iur. & fact. ignor. leg. cum testamen
tum. & l. non idcirco. † Ergo deficiente consensu non 11
contrahitur obligatio naturalis, quæ solet ex consensu
procedere. Item quia in regula iuris, impossibilium nul
la est obligatio. ff. eo. ponitur signum vniuersale nega-
tium, & posito quod non poneretur, indefinita æqui-
pollet vniuersali, cum in qualibet specie obligationis
impediendæ sit eadem ratio, vt ff. de leg. 2. l. si pluribus.
in prin. & l. si ita relictum, & dictum est sup. in glos. rub.
Sed opponitur & videtur, quòd quis possit ad impossi-

12 bile obligari, & †quod impossibilitas non reddat obligationem inutilem, sed reddat eandem de præsenti puram & vtilem, vt ff. de cond. instit. l. 1. & de cond. & demon. l. obtinuit, cum si, sed dicendum est, quod aut impossibilitas adijcitur in modum conuentionis in contractibus vel dispositionis in vltimis voluntatibus aut in modum conditionis si in modum conuentionis, vel dispositionis, verbi gratia, quia promitto vel lego rem quam impossibile est dari, tunc impossibilitas impedit omnē speciem obligationis contrahi: & ita loquitur regula hic, & ff. eo. l impossibilium, & de verb. obl. l. si stipuler. 1. 2. 3 & 4. resp.

13 †Sed si in modum conditionis verbi gratia quia promitto vel lego, si cælum ascendas, vel digito tangas, & tunc, aut ista conditio impossibilis ponitur in contractibus aut in vltimis voluntatibus. Si in contractibus, aut affirmatiuè, aut negatiuè si affirmatiuè, vt quia promitto si cælum digito tangas, reddit contractum inutilem, si negatiuè, vt quia promitto si cælū digito non tangas, valet contractus. quia & affirmatiua est impossibilis, id. eò negatiua, quæ est eius contraria est possibilis & necessaria, & facit contractum de præsenti valere, & obligationem parit. vt ff. de verb. obl. l. impossibilis. cōdictio. & ita debet intelligi. ff de act & oblig. l. non solum, & patet apertè instit. de inutil. stip. §. si impossibilis, sed in vltimis voluntatibus, si quidem negatiua, idem quod in contractibus si affirmatiua, aut erat omni tempore impossibilis, aut à principio possibilis, primò casus aut erat adiecta in persona, id est eius cui aliquid in test. adscribe retur. & tunc habetur pro non adiecta, & relictum valet vt patet in d. l, obtinuit de cond. instit. & ibi not. si in persona onerati, id est eius cui onus præstationis in vltimâ voluntate imponitur, vt quia damno hæredem. 10. dare si cælum digito tangat, tunc reddit relictum inutile, vt
14 instit. de le §. vlt. sed †si erat ab initio possibilis, & ex post facto deuenit ad impossibilitatem relictum valet, & sola impossibilitas remouetur, vt ff. de leg. 1. 1. si mihi §. si quia seruos.

† Quid

†Quid autem ſi in conuentione apponitur aliquid 15
impoſſibile, etſi id non fiat, detur pœna quam poſſibile
eſt præſtari, an ſaltē obligatio contrahitur in pœna? ver-
bi gratia, promitto dare hominem mortuum, et ſi non
dedero, promitto. 10. nomine pœnæ, vel promitto dare
certum hominem viuum, et ſi non dedero, promitto
dare 10. nomine pœnæ, & homo poſtea moriatur ante
morā. Gloſſatores Iuris Ciuilis aliquando determinant
& malè, quod pœna committatur, per l. in illa ſtipulatio
ne ſi calen. ff. de verb. obli. aliquando determinant & be
nè, E quod ſtipulatio non committatur ad pœnam, & E
de ver. obl. ſi homo mortuus et l. in illa ſtipulatione, nil
facit ad propoſitum, quia ibi incipit ſtipulatio pœnalis
à præcedenti conditione, et ideò interitu illius rei quæ
non eſt in oblig non potuit liberari promiſſor, ſed in
propoſito incipit à præcedenti conuentione, et ideò ſi
res ſit interempta à principio, pœna non debet cōmitti
quia rei impoſſibili fuerat adiecta. Item ſi moriatur poſt
promiſſionem. et ante moram, non cōmittitur pœna,
quia interitu rei, quæ in obligatione erat, contingente
ante promiſſoris moram liberatur à principali, et à pœ-
næ promiſſione, vt d. l. ſi homo mortuus, et ibi nos. Sed
cōtra hanc determinationem videtur, ff de noxa l. ſi ad
libertatem §. ſi quis nā ibi ſeruus non erat in obligatio-
ne, ſed æſtimatio damni vt ff. de re iud. l. miles. §. decē. et
tamen eius interitu contingit liberatio, ſed ibi eſt in obli
gatione æſtimatio propter delictum ſerui. † ſicut ergo 16
delictum morte ſerui delinquentis extinguitur, ita et
obligatio delicti occaſione contracta Dyn.

ADDITIO.

Item. Adde, quod quæ contra leges bonoſue mores A
ſunt habentur pro impoſſibilibus, in tantum vt nec iu-
ramento confirmentur ſecundum Dy. in c. Non eſt ob-
ligatorium inf. eo. F. C.

Obligari. Adde an et quādo impoſſibilitas vitiet, Bar. B
in l. 1. ff de hære. inſti. et in l fin. ff. ſi cert. pet et in auth ſi
quando C. de conſti. pec. impoſſibile ſimpliciter poteſt

deduci in obligationem. si hominis prouisione deducatur ad posibilitatem, & l fin. §. inter eos. ff. de ver. obl. & ibi Lud. Bo. in secundis interpræt de quo vide per Bar. in l. continuus. §. illud ff. de ver. oblig. & ibi quæ sit impossibilitas, & multa alia circa materiam. & quæ not. Dyn. su. in reg. peccatum. & ibi in pen. addit. & quotuplex sit per Bar. in l. 1. ff de con. inst. & ibi multa no. dicit in materia, & in l. impossibilis. & ibi Al. ff. de ver. obl. & pulchrè Ang. Aret. in §. si impossibilis. institut. de inutil. stip. & Bal. & Imol. in d. l. 1. ff. de cond. institu in l. vnica in x opp C. de ijs, quæ pœnæ nomine. & in l. ab ad. ministratione. C. de le & in c. 1. §. ad hæc. vers. extra quæro hic finitur lex. Corra. colla. x. & in consil. 39 col. 2. versic. quia impossibile. volu. 3. & Christoph. Por. & ibi Ias. in addit. in d. §. si impossibilis. & Card. Alex in cab exordio. colum. 2 55. dist. & Abb. in c. cùm esses colum. 11. de testam. & Bal. in l. 4. §. quæsitum ff si quis caut. & Cyn. in l. non moriturum C. de contrahen. & commiten. stip. & Ioan. Fab. In §. fin. institt. de leg. Paul de Cast. & Soci. in leg. obtinuit, ff. de cond. & demonst. & Calde. in consil. 6. titul. qui filij sint legit. & Angel. in consil. 119.

C Honesta. Adde Card. Alex in c. erit autem. 4. dist. colum. 1. & 2. & ibi dicit. Card. quod nedum est impossibile illud, quod est contra legem, vt dicit glo in c. gratia. de rescri. sup. eod lib. & Inn. in c. pastoralis. de caussa possess. & propriè, sed etiam, quod est contra consuet. vt cap erit autem lex.

D Continentis. Adde quod ex conditione impossibili non nascatur ciuilis, nec naturalis. text. & ibi Bart in l. si sub impossibili. ff. de fideiusso. & quod non nascatur ex contractu vel testamento contra legem celebrato, vide Ang. & Alex. in l 1 certis annis. col. 2. versi. 2. limita. notab. Ang. C. de pa. Bart. in l. cùm lex. col. 2. versic. his præmissis ff. de fideiuss. & Ant. & Imol. in c. cùm contingat de iureiur. & not quod filius fam. accipiens mutuum contrahit contra senatusc on. Maced. & pariter mulier intercedens, contra Vellcia. & tamen obligantur natu-

ralitet

raliter & ciuiliter. licet adiuuetur exceptione, vt est tex. & ibi gl. super verbo petitio in l. 1. in prin. & ibi Bar. ff. ad Maced & Ias in repet. l fratre à fratrè col. 20. post prin. ff. de cond indeb. vide Dyn. & ibi in addit. in reg. vlt versi. de re ad rem.

Benè Adde quod idem tenet Cyn. in l. non moriturum C de contrah. & commit. sti. & Bart. Alex. in l. si homo mortuus. ff. de ver. obl sequendo ibi gl. & Bar. Bal. & Alex. in l. si decesserit. ff. qui satisd. cog. reprobando ibi gl. & Socin. in l obtinnit. col 1. propè fi. de condit. & de. monstr ff.

In Regul. Priuilegium.

Argumenta.

1 *Priuilegium maritine condemnetur vltrà quàm facere potest, non egreditur eius personam.*

2 *Priuilegium patris, patroni, & militis, ne condemnentur, &c. extinguitur cum eorum persona.*

3 *Beneficium reale proueniens ex persona rei principalis competit etiam fideiussori.*

4 *Beneficium personale non extenditur ad fideiussores.*

5 *Beneficium restitutionis minori non decepto dolo aduersarij concessum non competit fideiussoribus, licet ad eius transeat successores.*

6 *Beneficium Velleiani transit ad hæredes mulieris.*

7 *Beneficium personæ concessum, quando cum persona extinguatur.*

8 *Caussa finali cessante cessat effectus, et ea durante durat quoque effectus.*

9. *Priuilegium quando extinguatur, eo extincto cui concessum est.*

10 *Priuilegium rebus concessum, transit ad successorem.*

11 *Priuilegium concessum generi personarum non competit descendentibus ex fœminis.*

12 *Priuilegium ciuitati vel loco concessum ad posteros transfertur.*

13 *Priuilegium concessum actioni aut caussa non transit ad successores.*

REGVLA VII.

PRiuilegium personale personam sequitur. & extinguitur cum persona.

1 Potest poni exemplum huius regulæ in priuilegio, † quod datur marito, vt condemnetur in quantum facere
A potest deducto ne egeat. A nam personam mariti sequitur, & cum persona mariti extinguitur, & idcò hæres mariti extraneus insolidum condemnatur, non habita ratione ne egeat, vt ff. sol. mat. l. maritum. & l seq. & de
2 re iud. l. & si fideiussor. §. si maritus. & in l. sciendum † idem in priuilegio personali, quod datur patri, & patro-
B no, & milit, vt condemnentur in quantum facere B possunt, vt ff. de re iud. l. sunt, qui in id. & l. patronus. & l. item miles. & l. miles. quia personam sequitur, & cum persona extinguitur, vt ff. de regul. iur. leg. priuilegia. et leg. in omnibus. 3. & de centibus. l. 3. §. vlt. Sed opponitur et videtur priuilegium cum persona non extingui, sed ad successorem transire. constat enim beneficium restitutionis, quod datur minori, personale esse, quod sic
3 probatur, † Omne beneficiū reale proueniens ex perso-
4 na rei principalis cōpetit fideiussori, † beneficium autē personale proueniens ex persona rei ad fideiussorē non extenditur, vt ff. de excep. l exceptiones, quæ personæ in
5 prin. & §. rei autem † sed beneficium restitutionis in in-
7 tegrum competens minori, & non decepto aduersarii dolo, non competit fideiussoribus, eo casu quo creditor est habiturus regressum contra alium, vt dict leg. exceptiones. quæ personæ. in fin. & ff. de mi. leg. in caussæ. 1. 2.
C de fideiuss. mi. l. 1. & 2. ergo sequitur ipsum personale esse, & tamen iure cauetur, quod non extinguitur cum persona sed ad hæredes transit, vt ff. de in integ. restitut.
C leg. non solùm, C et de minor. leg. minor autem. §. non solum. & leg interdum. & C. de temp. in integ. restit per
6 l. ea quæ ergò videtur regula falsa. † idem in beneficio Vellei, quod competit mulieribus pro alijs intercedentibus, quia & ipsum personale, et tamen cū persona non
D extinguitur, sed ad hæredes transit, D vt. C, ad Velleia. l.

hære-

hæredes. Sed dicēdum est, † aut persona est proxima, et immediata causa beneficij personalis, vt patet in marito, patre, patrono, et milite. de quibus superius dictum est, et tunc beneficium personæ, E cum persona extingui E tur. vt hic et ff. eo priuilegiū, et l. in omnibus, aut persona non est proxima et immediata causa, sed læsio, vt est videre in persona minoris qui in integrum restitui petit cui non conceditur restitutio, licet probet se minorem, nisi probet de læsione, vnde læsio est proxima causa restitutionis cum persona minoris, vt probatur. ff. de iure iur. l. nam postea § si minor et de minoribus le. quod si minor. §. non semper. et l. non omnia, et tunc beneficiū personale non extinguitur cum persona, vt d. l. non solùm et l interdum. Ratio autem prædictorum est aperta, quia F primo casu extincta persona extinguitur causa F finalis priuilegij in secundo extincta persona, non extinguitur causa finalis priuilegij concedendi, et ideò priuilegium non expirat. G iuxta regulā qua cauetur: † cessan G te causa finali, cessat effectus, non cessante causa durat s effectus vt ff. de don. l. 2 §. vlt. et l. et generaliter. † Vlti- 9 mo loco H circa materiam regulæ potest plenè disting H ui, quia aut priuilegium conceditur personæ, I aut con- I ceditur rebus, aut generi personarum, aut ciuitati, vel loco aut causæ. Primo casu, aut persona est proxima causa priuilegij concedendi et tunc cū persona extinguitur priuilegium. vt ff. sol. mat. l. maritum et l seq. et de re iud. sciendum. et l. et si fideiussor. §. si marirus. et C. de excus. mun l. maximarum. lib. 10. et ibi not. et ff de iure immun. et l. 1. §. personis. et hic. Aut verò persona est causa remota, et alia proxima, et tunc priuilegium non extinguitur cum persona, vt ff. de in integ. restit. l. non solùm. et de mino l. minor autem. §. fi. et l. fe. et C. de temp. in integ. rest. pet. l. ea quæ ad Velleia. l. hæred. † Secundo 10 casu, K si quando conceditur reb transit ad successorē in K eandē rem siue succedat titulo vniuersali, siue ti singulari, vt ff. de aqua quot. et æsti. l. 1, §. permittitur de een. l. ætatem, §. rebus. et arg. ff. de seruit. rust. præd. leg. vic. §. quæcunque. Tertio casu. † quando conceditur gen ri 11

personarum, hoc expresso vel intellecto, quod ad posteros transeat ad succedentes per lineam masculinam, tũc ad descendentes ex fœminis non transit, vt ff. de iu. immu. l. 1. §. vlt. & l. immunitates. & de mul. & hon. l. vaca.
12 tio. †In quartò casu, id est, quando conceditur ciuitati vel loco. cum semper idem populus videatur. ff de iud. l, proponebatur. ita concedi videtur, quod ad omnes in eadem ciuitate vel loco successiuè habitantes perpetuò
13 extendatur, vt de censi. l. forma. §. quanquam. †Quinto casu scilicet quando conceditur causſæ, vt est videre in causſa depositi, & similibus, non extinguitur cum persona, sed transit ad successores, vt ff. eo. l. in omnibus. & l. priuilegia. Dyn.

ADDITIO.

A Egeat. Adde Bart. & Doct. Moder. præcipuè Franc. de Aret. in l. maritum. ff. solu. mat. & ipsum Dyn. in §. sunt præterea. instit. de act. & Alex. sing in d. l. maritum. qui ponit regulam, quòd maritus non conuenitur nisi in quantum facere potest, & viginti vnam fallen. & vide Ang. Aret. & Ias. & Ioan. de Plat. & Ioan. Fab post Nico. de Neap. in §. item si de dote. instit de actio. & Ang. de Peru. in l. non solum. ff. de re iud. & Lud. Bol. in l. & ideo. §. 1. ff. rerum amor in suis primis interpretantiquis & an huic priuilegio possit renuntiari solutomatrimonio, vide per Lud. Bolog. in l. eum qui §. si mulier. ff. de iureiurand. & adde ipsum in l. si filio ff. solut. matrim. & in l. etiam eod. titu & Cyn. in l. vnica. §. cùmautem. C. de rei vxor. actio. & Alexand. in l. non tantùm. ff. de re iud. & Felyn. in cap. quæ in ecclesiarum. colum. 25. ante med. de constit. & Socin. in tract. de reg. et fallen. reg. 207.

B Faceret. Adde Doct. in iuribus hic alleg. & in §. sunt præterea. & §. sed & si quis instit. de actio. et quod dicitur in milite armatæ militiæ, idem in clerico cœlestis militiæ milite vt not. glo. in l. miles. et ibi Bart. Angel. et Mathe. notab. 61 incip. not. quod clerici. et Io. Bap. de sancto Seuer. in tract. de debitor. suspect. et fugi in q. 5

& decis.

& decis. Cap. Tholos. decis. 266. & Abb. in cap. olim de restit. & in c. 1 de cler. ægrot. & latiùs in c. Odoardus & ibi And. Barb col. 2. de solut. vbi dicit idem dicendum in aduocato. & tenent Ang. Alex. & Lud. Bolog. in secundis interpretationibus per glo. quam faciunt ibi singularem, in d. l. miles de re iud. & ibi Alex. allegat aliam glossam. & ibi Bart. in l. r. §. est & alius. ff. si quis à part. fue. man. & idem Cyn. & Saly. in l. 1. colum. 5. C. de iur. & facti. ign. vbi hoc limitant non habere locum in priuilegijs concessis ratione præsumptæ ignorantiæ iuris, quia turpe est doctoribus ignorare in quo versatur. l. 2. § Seruius autem Sulpitius. ff. de orig. iur pro quo dicto, est text. & ibi Cyn. Car. Bald. & Doct. Mod. in l. 1 C. qui & aduers. quos in integ. test. & in l. possessio. & ibi. & Ioann. de Plat. C de min. patrim. lib. 10. & vide Docto. maximè Alex. in l. 2. quod quisq; iur. facit tex in l. aduocati. C. de aduo. diuer. iur.

Adde. Mathesilan. not. lxj. incip. nota quod clerici de quo vide Anch. in rep. c. si propter colum. 6. de resc. Panor. in c. 1. de cleri. ægrot. Iason. in l. quamuis. colum 2. circa med. C. de iur. & facti ignoran. & Abb. cons. 93. incip. an quóue hæredum lib. 2. & ibi posui in apostilla ad ipsum,

Non solùm. Adde ibi Barto. qui ponit vnum casum. C in quo priuilegium restitutionis non transit ad hæredē minoris. & alium casum. vide etiam per gloss. & Bar. in l. paterfa. ff. de priu. cred. & Bar. in l. interdum. ff. de minorib. qui sequitur. solut. Dyn. hic.

Transit. Adde Cy. & Bal. in l. hæredes. C. ad Velleian. D & Bal. sequitur Dyn. & ponit vnam distin. & vide Dyn. in reg. is qui ius. infrà eod.

Personæ. Adde quòd priuilegium quamuis personale trahitur ad personas accessorias & familiares. quādo E sine illis redderetur inutile. c. licet §. cum conceditur, & ibi gl. suprà eo. lib. de priuil. F. C.

Quia. Adde quòd interdum remanet priuilegium, li- F cet cessat causa finalis, vt in priuilegio inducto propter numerum filiorum, vel ratione dignitatis. notat Deci,

in leg. in omnibus causis, numero decimoseptimo & 18. ff. eod. F. C.

G Expectat. Adde Dyn. suprà in reg. peccatum nu. 4.

H Loco. Adde pulchrè Bar. Bal. et Alex. sing. in l. quia tale. ff. sol mat. gloss. celebrem, & ibi Ioan de Plat. in l. sordidorum C. de excus. mun. lib. 10. et Bart. in l. pen. ff. de seruit. le. et in le, 1 et ibi Alexand. in Addit. ff. de const. princ. et Bal. in l. fi. in noua lectura. cod. tit. colum. 1. & Angel. Aret. Ioan. Fab. et Iaſ. in addit. ad Christoph. Por. in §. Sed & quod prin. placuit insti. de iur. natur. gent. et ciui. et Alber. in Dictionario, in ver. priuilegium, et Bald. in l. hæredes, C ad Velleia. Et quomodo cognoſcatur, an ſit reale vel perſonale, vide per Bar. ſuprà. et in l. apud Iulianum, §. ſi quis alicui. et Alex. col. 1. ff. de le. 1. et per gl. et Doct. in c. cùm veniſſent. de insti. et glo. 25. q. 2. in ſumma, et Ioan. Andr. Pet. de Anch. et Phil. Franc. hic. Et quid ſit priuilegium vide per Fely. in c. ex literis, in prin. de Fide instru. et ad ſupradicta omnia vide Spec. titul. de instru. edi. §. 11. per totum et Bald. conſil. 205. lib 6. quod eſt pulchrum in hac materia, et Pet de Anc. conſil. 338. et Alexand. conſil. 101. column. 2. lib. 1. ver. 2. obſtat etiam. et per Alber. de Roza. in opere ſtatu. in 1. parte quæſt. 10. et Bald. in l. Gallus. §. quidam rectè col. vlt. verſic. ſed quid in dubio ff. de liber. et poſthu. et Bar. in diſputa ſua incip. Piſanæ ciuitatis. colum. 6. Bart. et ibiſing. Alexand. de Imol. in l. 1. §. fin. ff. de iure immun. et Ang. Aret. inſtit. de gtad. §. quinto gradu. in fi. ibi et Bald. in fin. et Bald. in repetit. c. ſi pater. de teſtamentis ſuprà eo. lib. 6.

I Perſonæ. Adde, quod in dubio priuilegium præſumitur perſonale glo in ſumma, 25 q. 2. et Iaſ. in l. ſi ſicſtipulatus. ff. de verb. obl.

K Secundo caſu. Adde Dec. in l. in omnibus cauſſis. nu. 15. ff. cod.

L In quarto caſu, Adde Dec. in dict. l. in omnibus cauſſis. num. 16.

In Regul. Semel Malus. Argumenta.

1 *Calumniatus in prima accusatione, præsumitur calumniari in secunda.*
2 *Malus semel præsumitur malus semper.*
3 *Præsumitur ex præterito in præsens.*
4 *Bonus quilibet præsumitur nisi contrarium probetur.*
5 *Status rei præsens vetus vel præsumptus attenditur.*
6 *Verisimilius in dubio sequendum est.*
7 *Posteriora prioribus derogant.*
8 *Immutabilia quæ dicantur per naturam*
9 *Possessor olim non præsumitur hodie possidere.*
10 *Malitia est personæ eam committentis annexa.*
11 *Morum malorum continuatio consistit in animo.*
12 *Possessio auferri potest absq; voluntate possidentis.*

REGVLA VIII.

SEmel malus, semper præsumitur esse malus.

†Exemplum huius regulæ sumi potest ex l. si cui. ff. de accus. §. 1 isdē. vbi dicitur, quod qui calumniatus fuit in accusatione prima, calumniari præsumitur etiam in secunda. Idem ex l. non omnes. §. à barbaris ff. de re mil. vbi dicitur quod si miles malé se habet in militia, nō est ei plus credendum, quia non est verisimile, quod in futurū benè se habeat. †Ex quibus legib. progreditur ista generalis reg. quod semel malus A semper præsumitur malus. et huius regulæ & exemplorum eius ratio est generalis, †quia de præterito præsumitur in præsenti B C. de prob. l. siue possidetis, et ad exhib. l. non ignorabit. 1 2 A 3 B

Sed contra regulam et exempla, videtur præsumptio iuris & naturæ quia †quilibet præsumitur bonus C. nisi probetur malus. vt C. de inoff. test. l. omnimodo. & ff. de le. 2 l. cū quidā. et l cū pater. §. rogo. Sed dic quod accidēs naturæ contrarū remouet effectū præsumptionis naturæ, & idcò ex tempore accidētis naturæ cōtrariæ semper iudi- 4 C

iudicari debet tanquam constitutus in quasi possessione malitiæ, quæ procedit ex illius malitiæ actu, accidentis naturæ contrarij. †Quia quælibet res secundum præsentem statum verum, vel ex præcedentibus vel præsentibus, præsumptum iudicatur, siue sit accidens naturæ contrarium, vt seruitus, vt ff. de liber. causſa. l. cui. §. licet & de liberis. §. penult. C. de seruis expor. l. moueor. & de ingen. man. l. pen. & suprà de sen excomm. c. si iudex lic. c. Sue accidens secundum naturam, vt ætatis incrementum, & libertas personæ. vt ff. de minor. leg. minor. 25. ann. adito præside ex aspectu. & C. de testam. l. 11. & de senten l. si arbiter. & instit. de testam. § testes Siue præter naturam vt dignitas & conditio personæ militans, vt ff. de offic. prætor. l. Barbarius. & loca. l. si ignorans. & de iniur. l. Item apud Labeonem. §. si quis virgines, Sed opponitur, quod si naturæ præsumptio sit, quemlibet bonum esse, vt dictum est, præsumptio autem malitiæ procedit ex actibus naturæ contrarijs. ergo magis sequi oportet præsumptionem naturæ, quàm naturæ contrariam. quia verisimilior est, †& in dubijs verisimiliora sequenda sunt. vt infra eod. c. inspicimus in obscuris, & ff. eo. l. semper in stipulationibus, & de testib. l. ob carmē. §. si testes. †Sed dicendū videtur quod posteriora prioribut derogant, vt ff. de adimen. leg. l. 3 §. vlt. & de iure codicil. l diuus. §, licet, & ideò potius standum præsumptioni contra naturam ex posterioribus procedentem, quam præsumptioni naturæ præcedentis. Item opponitur, quod si de natura est, quemlibet bonum esse, ergo est immutabile. vt insti. de iure. natur. §. sed naturalia, & de cap. dimi ff. l. eas obligationes, ergo per actus subsequentes non est posibile tolli. †Sed dicendum videtur, quod quædam procedunt ex necessitate, seu ex quadā necessaria constitutione iuris naturalis, & illa sunt immutabilia. vt in cōtrarijs. quędam verò ex præsumptione vt aliquem bonum esse, & illa tolluntur per facta cō traria præsumptioni naturæ. quia in incertis, non certis locus est cōiecturis, vt in l continuus. §. cū ita ff. de verb. obli. Item opponitur, †quod qui olim fuit in possessione, vel

ne, vel quasi alicuius rei, non præsumitur esse hodie D.
vt plenè determinatur C. de proba le. siue possidetis, ergo qui fuit in actu quasi possessionis malitiæ, non debet
præsumi esse hodie † sed dicendum est, quod malitiæ
vitium connexum est personæ committentis malitiam
& ideò præsumendum est quod semper comitetur personam, possessio autem alicuius nõ cohæret personæ &
ideò non est præsumendum personam cõcomitari. Sed
contra hoc est quia etiam alicuius rei possessio vel quasi personæ cohæret, quia animo cum corporeo actu quæritur. ff. de aequir. poss. l. 3, 2 respon. & in §. in amittenda. & l. ciam possidere §. qui ad nundinas. & l. ii id §. quod autem, quare ergo magis præsumitur animi perseuerantia in continuatione malorum morum, quam in continuatione possessionis, vel quasi alterius rei, & si dicatur
quod possessio & quasi possessio consistit in rebus separatis à corpore possidentis, † continuatio verò malorũ
morum consistit in animo. dici potest quod etiam possessio alterius rei cõsistit in animo. vt d. §. in amittenda in
prin. & C. de aequi. poss. l. licet. Licet res possessa & quasi possessa extra corpus animam discernatur. Item & vitium consistit in animo vt l. ob quæ §. animi. ff. de ædil
edict. de homine tamen præsumitur per actus extrinsecos & extra animum declaratos, vt C. de iniur. l. si non conuitij, & de icar. l. i. de tuto. & cur. dat. ab ijs qui. l. ijs qui §. diuus Pius & ar. de condit. instit. l. quidam. Sed mihi videtur, quod ratio sit. † quia possessio auferri potest
facto alterius etiam sine concursu spontanei animi possidentis, vt patet. ff. de vi & vi arma. per totum, ideò de
præterito non præsumimus in præsenti. Vitium autem
animi auferri non potest per alium, sine correctione animi delinquentis, & ideo semper præsumitur continuata quasi possessio in existentia malitiæ. si contrarium
nõ probatur, & ad hoc tendit huius reg. conclusio Dyn.

ADDITIO.

Semel malus. Adde an semel malus semper præsumatur malus. Bar. in d. §. ijsdem. col. 2. vers. venio ad secundam

5 in qua cauetur. quòd † in re pari melior est conditio cōuenti. vt ff. eo. l. in pari & l. cum par. & de verb. obl. l. si seruum. §. sequitur. & infrà eod. cap. in pari. sed ista duo sūt æquipollentia in effectu scilicet iura partium esse obscura & esse paria & cerra. quia vtroque casu reus absoluitur. vt d. l. si seruum. §. sequitur de doli exceptio. le. apud Celsum §. Marcellus. & de dolo. leg. si duo & de contrahend. emption. l. domum. & sol. matr. leg. viro & l. cum mulier. et propter paritatem conditionis possunt excusari qui dictum exemplum ponunt, quia considerant effectum finalem: non est autem in origine aut in habitu-
6 dine propria exæquatio exemplorum. Alij † ponunt exemplum in eo, quòd plures dilationes conceduntur reo
C quàm actori, vt C. de dilatione. lege si quando. & C. de tempor.

tempor.in integr.rest.tut.l. petendæ ff de fer.l vlt. sed hoc exemplum non propriè congruit regulæ: quia hoc exemplo iura partium non sunt obscura, sed certa: sed ideò constituit ius,quòd plures dilationes concedantur reo,quàm actori,quia in potestate actoris fuit quando prouocaret, vt d.l.si quando.et ff de doli except.l.purè. §.fi Sed oppo.et videtur † quòd in re obscura potior sit caussa seu conditio actoris quàm rei,quia si in libello cõtineantur verba obscura,statur interpretationi actoris, vt ff,de iudi.l.si quis intentione.et de verb.oblig.l. inter stipulantem.§ ij.ff. eod.l in contrahenda.§.j.et in le. in ambiguis orationibus,sed dicendum est quod leges illæ loquũtur in ijs quæ pertinent ad caussæ præparationẽ: in illis enim magis fauendum est actori quàm reo, et quantum ad interpretationem verborum in libello expressorum, D vt l. præalleg.ff.de iudic. si quis intentione.et quantum ad alia,quæ in libello exprimuntur,sed eorum dispositio pertinet ad officium iudicis, vt est in die apponenda in stipulatione iudicio sisti,vt ff. qui satisd cog.l.de die in princ Ratio autem est aperta, quia reus semper impediret ne posset contra eum experiri, vt d.l. inter stipulantem. §.j. †Item opponitur et videtur potius eligendum,quod obest reo,quàm quod prodest: quia l.cauetur,quod si reus cauit de damno infecto, et damnum contingat vitio ædificii fortuito casu,quòd tenetur reus ad emendationem damni infecti. et tamen casus fortuitus erat pro eo licet debilitas ædificij contra eum,et sic partium iura sunt obscura,vt ff. de dam. infect.l fluminum §.Seruius.et §.item apud.Sed tunc dicendum est,quod ibi non erant in pari caussa reus et actor,E quia reus erat in culpa ex eo,quod ruinam ædifi eij poterat præuidere. Actori autẽ nulla culpa poterat imputari & ideò,quia præponderat culpa rei,deterior est eius cõditio,arg ff. ad l. Aquil.l.itẽ si obstetrix,& l.si putatur. †aliàs si essent in pari dolo,vel in pari culpa lata, vel leuissima,fauẽdum reo potius,quã actori.vt d l.fauo abiliores & l.in pari.& l.petẽdæ.& de doli excep le.aud Celsum §.Marcellus.& de verborum obligat. leg si

seruum.§.sequitur.& infrà eod in pari.

ADDITIO.

A Reo. Adde quod data paritate probationum interre. rũ & actorem, reus debet absolui, vt hic, etiã actor sit in possessione iuris, de quo agitur, vt c. ex literis. et ibi Fely. colum. 2. in prin. ver. in text. et vers. vlt. not. de proba. Et not. quod data paritate probationum in interd. vti possi dentis tamen obtinere debet qui meliorem titulũ probat: quia testes sui præferuntur super possessione, vt not. Abb. in c. licet in x. notab. et ibi Fely. colum. viij. in prin. de probat. ver. quarta caussa victoriæ. et Bart. Bald. et Alex. in l. si duo patroni in prin. ff. de iureiur. et Ang. Arc. institut. de act. §. quadrupli ver. item dixi, char. vj. col. j. et Decis. Parlament. Delphin. q. lxxj. Quid si actor probat plenè de credito. et reus semiplenè de absolutione, an debeat deferri iuramentũ. vide Bar. in l. vulgò. ff. de administ. tut. et in l. admonendi. ff. de iureiur. qui tenet quod sic. et Ioan. And. in c. fin. de iureiur. de quo per Iaſ. d. leg. admonendi, et Doct. in l. in bonæ fidei. C. de reb. cred. et Alex. in consil. cxxxiiij. col. j. versic. ista dico. volum. 2. licet Ant. de Butr. et Abb. in d. c. fin. teneant quod sit deferendum actori, et vide Decis. Capellæ Tholos. q. cccc. vj. et Cepol. in consi. j. col. 3.

Adde istam regu procedere, tametsi reus efficeretur actor per accidens, vt si debitor prius compareat petens imponi silentium perpetuum creditori secundum Dec. in l. fauorabiliores. ff. eo. Fallit tamen vt ibidem ait Dec. in causis fauorabilibus, vtputa dotis, fisci, libertatis quorum fauor prævalet fauori reorum. Item in præparatorijs iudicijs in quib. magis fauetur actori. Et pro pleniore interpretatione videto Dyn. in cap. in pari. infra eod.

F. C.

B Ordinarij. Adde quod fauetur reo in sententia ordinarij secus est in sententia delegati, vt l. duo. ff. de re iud. et ibi gl. Bart. et Alex. Item intellige in ordinarijs, qui sunt pares, secus si impares: vt l. fi. vni. alias Pomponius. et ibi gl. Bart. et Alex. ff. de re iud. et Lud. Bolog. in d. l. duo, in primis interpret. qui ponit intellect. d. l. duo. et l.

inter

inter pares. & Fely. in c. cum inter col. v. de re iud. & Bal. in l. cum magistratus. C. quando prouo. non est necess. & quando in dubijs sit magis fauendum reo quàm actori, vide Azo. in summa tit. de rebus dubijs, quem sequũtur Ang. Paul. de Cast. Bart. & Alex. in j. notab. in l. de die. ff. qui satisd. cog. vt tria tempora considerentur: de quo est glo. ord. in c. cum ad sedem. de resti. spol. & in c. ex literis & ibi per Præpos. Mediol. de spons. & Abb. & ibi Bellen. in j. addi. in c. duob. de re iud. vbi in præparatorijs iudiciorum & causis fauorabilibus fauendum est actori. & Doct. in seq. addit. & Felyn. in c. ex literis de prob. & Ce. pol. in consil. xij.

Actori vide Dyn. cum additis ibi, in cap. non licet in princip. infrà eod. & in cap. nullus pluribus. num. 10. infrà eo. F. C. G

Expressorum. Adde an debeat ambigua petitio interpretari secundum intentionem proferentis, Inno. in ca. licet causam. in fin. de prob. & Fel. in c. auditis. col. j. prope fin. de præscrip. Bald. & ibi Alex. in addit ad Bart. in d. l. si quis intentione. Abb. in c. dilecti. de iudic. & in caiij. col. iiij. de dila. & Inno. in c. exanimata in fin. de iud. & not. per Dyn. in reg. sequen. & in reg. contra eum qui. infra. eod. & Paul. de Cast. in consil. ccxj. col. iij. versi. circa. quod in nouis. & Ang. Aret. in §. si minus. colu. xj in glo. corrigere, & ibi Iaf. versi, ij. de act. & Ang. Aret. in §. j. & in §. tripli. eod. titul. & Alexand. in l. si quis à filio. §. si quis plures. in prin. ff. de leg. j, & Bald. in le cum. precũ. C. de li. causa. & Abb. in ca. cum Ecclesia de causa pos. et proprietat. & Philipp. Franc. hic, per Felyn. in cap. super quæstionum. col. j. de offic. deleg. quod interpretatio debet esse verisimilis, non dissona, & ibi etiam vide de multiplici interpretatione, & in materia, vide Bal. in le. edita. col. 3 in repetit. Padua. de eden. C. & Abb. in con. lxxxviij. col. j. lib. j. Decis. Capel. Tholos q. xxxij. D

Adde quod notaui in apostil. ad Lanfr. de Oria post Bened. Vad. in c. quoniam contra falsam. §. responsionis nu. 7. in vers. ambiguè. de probat. & aduerte, quod sicut quis obscurè vel ambiguè respondendo sibi præiudicat.

iux. vulg l. veteribus. de pact. sic interrogationi ambiguę vel obscuræ respondere non tenetur. nisi prius declaretur ita not, Bald. in leg. 2. §. quod obseruari. & ibi dixit in apostil. ad eum in vers. nisi prius declaretur. C. de iura. calum.

Actor. Adde Dyn. in d. l. fluminum. §. item apud. qui idem dicit, & ibi sequitur Bart. & ad ornatum huius regulæ vide Bar. & Alex. col. iij in l. inter stipulantem. §. j. ff de verb. obl.

In Regul. In iudicijs.

Argumenta.

1 *Aequitas in iudicijs inter litigantes seruanda est.*
2 *Iudex subditos tractare debet, veluti pater filios.*
3 *Iudices inæqualitatem vitare debent in iudicijs & arbitrijs.*
4 *Priuilegium concessum vni litigatorum quando alteri prosit. & numero sequen.*

REGVLA XII.

A IN iudicijs non A est acceptio personarum habenda.

1 Inter †litigatores debet iudicij æqualitas obseruari: siue litigatores sint pares, quia vterq; vilis, vel vterq; cõditionis honestæ sint: siue non pares, quia vnus vilis cõditionis. & alter constitutus in dignitate, nec debet iudex prætextu dignitatis alicuius litigatoris, prætextu lucri, vel gratiæ, vel odij in alteram partium declinare: sed vtriq; parti, quòd iustum est præstare, & ius suum vnicuiq; tribuere. & æquitatem in omnibus obseruare, vt in auth iusiurand. quod præst. §. j. & §. communicator. & §. & primum ibi inclinatus, & cæt. & in auth vt iud. sine quoquo suffra. §. eos & § quòd autem. & de defen.
2 ciuit. §. iusiurandum. †iudices enim debent se habere circa subiectos, sicut pater circa filios, vt in authen. vt iudic. sine quoquo suffr. §. & eos. & in authen. iusiurandum. quod præsta ab iis §. deuotos autem, pietas autem

pater-

paterni nominis, non in atrocitate, B sed pietate consi- B
stere debet, & consilium pro liberis capere, vt ff. ad legē
Iul. de parrici. l. diuus. & de adulter l. nec in ea §. penul:
ergo quilibet iudex vel prælatus superior habere se de-
bet circa subiectos piè, atq; pium consilium aciustum ca
pere pro subiectis sicut pater pro filijs. Item debet in iu
dicijs æqualitas obseruari, quia si vnus litigatorū sit pri-
uilegiatus, alter non, priuilegium vni competens exten- C
di debet ad alterum. C. de fruct. et lit. expens. leg. fin. &
de proxim, sacro scrin. l. in sacris. et l. vbicunque. lib. xij.
†Istud autem contingit propter æqualitatem vitandā. 3
quam Legislatores vitare studēt, non solum in iudicijs
sed etiam in arbitrijs. & alijs actibus extra iudicialibus,
& arbitria contingentibus D. vt ff. de arbit. l. si de meis. D
aliàs incipien. Idem Pomponius circa princ. & leg. Pæ-
dius. §. in seruum. & l. si cum dies. §. pen. & de vulg. & pu-
pil. substit. le. iam hoc iure. & leg. Lucius & C. de rescin.
vend. l. ratas. & de test. milit. in testament. & de impub.
& alijs substit. l. hæreditatem. & l. quamuis sed certe fal
sum videtur, quod priuilegium concessum vni, debeat
extendi ad alium, cùm personam illius cui concessum es
se probatur egredi non debeat, vt instit. de iur. nat, §. sed
& quod princ. †Dicunt quidam: aut agitur de priuile- 4
gijs pertinentibus ad litis executionem. & tunc priuile-
gium concessum vni litigatori, prodest alteri. C. de fruct,
& litis expen. leg. fin. & l. in sacris. in fin. & l. vnicuique
de proxi scrin. lib. xij. aut agitur de priuilegijs pertinen-
tibus ad litis decisionem: & tunc priuilegiū concessum
vni non prodest alteri. vt §. sed & quod princ. quod licet
prima facie videatur probabiliter dictum, ostendi potest
non esse verum, quia priuilegium restit. in integ. quod
minori conceditur. pertinet ad litis decisionem & tamē
aduersario prodest. C. si aduer. transl. j. & ij. & de reput.
quæ fiunt in iudi. restit. in integ. l. vniaa. † Alij dicunt, 5
quod aut priuilegium concessum est ad postulationem
aut sine postulatione si ad postulationem, prodest: si si-
ne postulatione non prodest, vt ff. quod quisque iur. le.
tertia in princip. quæ solut. quantum ad propositum

parum

patum valet: quia in præalleg. l. fin. C. de fruct. & lit. expen. loquitur etiam de priuilegio propria liberalitate principis, etiam sine postulatione concesso, vt ibi no. in j. gl. & paret in text. Et ideò dicendum videtur, quod aut
E priuilegium continet ius iniquum, E vt quia in alterius læsione concessum, & tunc distinguitur, quia si ad postulationem conceditur, debet vti impetrans eodem iure: si sine postulatione tunc non compellitur eodem iure vti, vt ff. quod quisq; iuris. l. j. & ij. Sed si nõ continet ius iniquum sed fauorem illius cui conceditur, & aliquam iuris communis relaxationem, siue ad postulationem eius concedatur siue non concedatur, prodest impetrãti tantum & non alij eum non contingẽti, vt in §. sed &
6 q princ. Item †prodest non solũ ei cui conceditur, sed etiam secũ litiganti: quia occasione controuersiæ, quæ inter eos versatur, & inæqualitatis vitandæ caussa, videtur eum contingere: & ita loquitur. l. fi. de fruct. & lit. expen. & de proxi. sacr. scrin. d. l. in sacris & le. vnicuiq.
7 Et hæc connexitas & extensio priuilegij ex procedit: †quia non est habenda in iudicijs acceptio personarum sicut in hac regula continetur, & hoc aliquantulum tangitur in d. § sed & quod principi.

ADDITIO.

A In iudicijs. Iudicium hic capitur pro sententia, vt declarat Deci in rubr. C. de eden. colnmn. 3. numer. 6. in fi. G. E.

Sicut pater. Adde quod etiam debent. Aduocatos coram eis plebiscitantes benignè audire. Vt quæ quicquã §. vbi decret. vers. circa aduocatos. ff. de officio pro consulis & legati. Speculator. tit. de aduocatis: quod malè obseruatur tunc Biturig. & cõtra Iudices est textus cum glo. in c. graue super verbo. quia veritas 35. q. 9.

B Atrocitate. Adde Ang. Aret. in § j. col. iij. vers. ic. in ea glos. instit. de ijs. qui sui vel alie. iuris sunt. vbi ponit an pater possit incarcerare filium. & vide Bal. in l. si filius. C. de patria potest. & in l. libertos. & Alex. in addit. C. de obseq. patr. præst. & gl. fi. in c. quemadmodum de iureiu

& dom.

& dom Bonefac. de Vitalinis in tract. suo Malefic. titul. quibus concessa est correctio. & Cyn. & Doct. in leg Manichæos C. de episc. & Cler. & Lud. Bolog. in leg ex facto. la grande ff. de hæred. instit. in ij. inter pr.

Extenui. Adde eundem Dyn. in c. quod ob gratiam. C in 6 oppositi. infr. eod. F. C.

Contingentibus. Adde in quibus. Causis & contra- D ctibus sit seruanda æqualitas. Bar. & ibi plenè Io de Plat. in l. in sacris. §. fin. de proxi. sacra. scrin. & Cyn. Bar. Bald. & Salyc. in l. fin. C. de fruct. & lit. expen. & Bal. in c j. §. in quibus. de consuet. rect. feud. & Ioan. Fab. Christop. Por. & Ang. Aret. in §. fin. colum 2. instit. quib. alien. licet an idem in arbitrijs, vide tex. in l. si cum dies. §. pen. & l. sed & interpellatus, §. si ab altera. ff. de arbit. & Alex in le. si de meis in addit. Adde Bart. ff. de arb. & Spe. rit de dila. §. fin ver. sed nunquid post lapsum terminum & Doct. in l. fi. maximè Alex. colum. 2. versic. & ad allegat. C de eden. vbi dicunt quod ibi æqualitas debet seruari, nisi vbi contrarium reperitur expressum, vt dict. leg. fin. de eden. & Hipp de Matesil. in suo iing. clxviij. incip. æqualitas.

Iniquum. Adde Bart. & Bald. in d. l. fi. C. de fruct. & E lit. expen. & Bald. in d. c. ij. §. in quibus de consuet. recti feud. & Doct. in cap. ij. de mut. pecun. & Bart. in l. fin. §. donec. C. de iure delibe. & Bart. ibi pulchrè. Alex. in l. iij. in prin. versi. tertio limita. ff. quod quisq; iuris. & Dyn. infra. reg. quod ob gratiam. & Rom. in consil. clxvj. col. ij. versic. ij. resp. & Philip. Franc. hic, Panor. in c. fi. num. ti. & ibi posui in apostil. ad eum. in versic. debent extendi. de transla. episc.

In Regul. Ignorantia.

Argumenta.

1 *Confessio in iure facta per errorem facti an valeat, & num. 8.*

2 *Errans in iure non excusatur.*

3 *Solvens naturaliter debitum, & ciuiliter indebitum error*

rore facti excusatur.

4 *Errans in eo, quod publicè notum est, non excusatur.*

5 *Ignorans quod publicè notum est, dicitur esse in lata culpa. & nu. 18.*

6 *Ignorantia facti non noti publicè, an excuset.*

7 *Error proprij facti quando excuset. & nu. 25.*

8 *Confessio facta in iudicio per errorem facti potest ante sententiam reuocari.*

9 *Error in iure extra iudicium excusat, vbi de damno vitando agitur: secus in iudicio. & nu. 12.*

10 *Error iuris in dubio excusat ante litem contestatam.*

11 *Ignorantia iuris an excuset eum, qui de lucro captando certat.*

13 *Origo rerum attendenda est, non quæ postea accidunt.*

14 *Error iuris dolum requirentis excusat. & de quo dolo hoc intelligatur. & nu. 16.*

15 *Lex Cornelia dolum requirit.*

17 *Dolus ex qualitate facti consideratur.*

19 *Lata culpa æquiparatur dolo præsumpto.*

20 *Ignorantiam iuris prætendens quando excusetur. & num. 22.*

21 *Igorantia iuris naturalis, aut quasi naturalis non excusat, & nu. 23.*

24 *Error facti alieni quando excuset.*

REGVLA XIII.

IGnorantia facti non iuris excusat.

Conuenienter potest exemplum poni istius regu-
1 læ in eo † qui in iure confessus est: & confitendo errauit.
A A nam si errauit in facto, iustè eum excusat error: & nõ
B nocet confessio, si errauerit in iure, B errot non excusat & ideò nocet confessio vt ff. de confess. leg. non fatetur verbi gratia: si credebam te esse cohæredem meũ, & hoc confessus sum in iudicio errando in facto, iste error non præiudicat, vt C. de iuris & fac. ig l. si post diuisionem. &
2 ff. fam. hercis. l. cum putarem. † sed si confessus fui errando in iure, quia credebam testamẽtum valere factum coram

ram testibus non rogatis, vel factum coram non solenni numero testium, error nocet, C vt probatur ff. de confes C
sis l. non fatetur. Itē similiter poni potest exemplum, si
soluatur illud, q̄ est naturaliter debitū, ciuiliter indebitū

†Nam siquidem per ignorantiam facti excusatur solu- 3
ens, & ideò potest repetere. Si verò per ignorantiam iu
ris, non excusatur, & ideò nō potest repetere, vt C. de iu.
& fact ign. l. cum quis, & adl. Falc. l. error.

Sed opponitur & videtur, quod ignorantia facti non excusat. Nam si proscriptum erat vt non contrahatur cū eo, qui tabernæ præpositus erat, is qui contraxit ignorās proscriptionem factam, non excusatur: & ideò non potest agere contra dominum: vt ff. de institit l. sed & si pupillus, §. proscribere. †Sed dicendū est, quod aut erat pu- 4 D
blicē D notū, & tunc nō excusat, vt in contrario: †quia 5 E
videtur errans esse in lata culpa quæ dolo assimulatur. ex eò q̄ ignorat q̄ omnes intelligunt. Et ff. de verb. sig. l. cedere diē. §. vlt. & l. latæ. & l. magna, aut nō erat publicè notū. & tunc excusat. vt hic & in prælleg. l. non fatetur.

†Sed opponitur & videtur, quod ignorantia facti etiā 6
non publicè noti non excusat: vt ff. ad Velleia. l. quanquam. Dicunt quidam, quòd aut errat in facto alieno, & tunc si non erat publicè notum, excusat: vt l. nō fatetur aut in proprio, & tunc non excusat. vt d. le. quanquam. Sed contra hanc solutionem est, quod iure cauetur, q̄ si credens me promisisse tibi, cum non promisissem, solu. uum, repeto, Item si conuentione inter me & te inita, debui prædium imposita seruitute, & tradidi liberū, condicere seruitutem possum, quam tempore traditionis debui imponere: vt ff. de cond inde leg. sed & si me putem. in princ. & §. cū inter & de act. emp. l. si tibi liberum per quod patet, quod etiam in proprio facto tollerabilis est ignorantia. Quidam dicunt, quod aut ago de damno vitando, & tunc tolleratur, vt in dict. l. aut de lucro captando, & tunc non tolleratur: quæ solutio, quantum ad propositum nulla est, quia in l. quanquam. ff. ad Velleianum, fideiussor certabat de damno vitando; & tamen ignorantia facti proprij

non

7 non excusat. †Sed F dic quod vbi allego ignorantiam
F facti proprij, in iniuriam alterius. id est, illius cui promi
seram & ex promissione mea obligatus eram error fa-
cti proprij non excusat, licet contendam de damno vitã
do, vt in d.l.quanquam, sed vbi non est in iniuriam alte
rius, sed volens mihi subueniri aduersus damnum, quod
incurri per ignorantiam facti proprij excusat, & tollera
tur. Et ita loquitur prælegata l.si tibi liberum. Item
opp. de l.error. C. de iur. & facti ignor. Sed dicendum est
quod ista regula reducatur ad distinctionem illius legis
8 †quia si confitendo in iudicio erraui in facto, error facti
G excusat, vt hic, & corrigi G potest vsq; ad prolationẽ sen-
H tentiæ, & non H post: vt l.contraria

Vlterius opponitur circa ignorantiam iuris: videtur
enim, quod ignorantia iuris excusat quia si soluo illud
quod erat omni iure indebitum, vel ciuiliter tantum,
debitum, per ignorantiam iuris, repetere possum. ff. de
condict. indeb. l.si nõ sortè. §. indebitum. & §. adeò. & l.
cũ is §. fideiussor. & l.si fide iussor. & de iur. & facti igno.
9 l.error. in fi. †Dici potest, q̃ in l illa erratũ fuit in iure ex
tra iudiciũ. & ideò iuris error excusat, si de dãno vitãdo
agatur, vt in præalleg. hic autem, & l. non fatetur. erra-
tum fuit in iure & in iudicio: & ideò iudiciorum aucto-
ritas operatur, vt error iuris reuocari non possit. Sed cõ-
tra hanc solutionem est, quod iure cauetur, quod etiam
error iuris in iudicio interueniens potest reuocari, vt ff.
de interrog act. leg. de ætate, §. qui iusto. & §. Celsus. Di-
10 cendum est, quod secundum eos, qui intelligunt, prædi
ctos. §§. in errore facti proprij, oppositio non procedit: †
Sed secundum illos, qui intelligunt prædictos. §§. in er-
rore iuris, dici debet, quod error iuris in iudicio ante li-
tis contestationẽ excusat, vt in illis §§. post verò litis con
11 testationem non excusat: vt in l. non fatetur. & hic †I-
tem opponitur & videtur, quod ignorantia iuris excu-
sat, etsi de lucro captando agatur, vt ff. bonorum possess.
l. in bonorum. & de iuris & facti ignoran. l. regula §. sed
iuris. Sed dicendum est. quod aut lucrum percipi pote-
rat sine alterius iniuria, & tunc excusat & toleratur, si

non

non potuit peritiores consulere. I vt ff. de iuris & facti i- I
gno. l. iuris ignorantia. & de vsuca. l. nunquam ij. & l. si K
fur. K Item opponitur contra præmissa & videtur, quod 12
iuris ignorantia non toleretur etiam extra iudicium: li-
cet de damno vitando agatur, vt ff. de acqu. hær. l. si duo.
Sed dicendum est, quod ibi causa, de qua agebatur, origi
nem sumebat è lucro: & ideò licet subsequenter damnũ
inducat iuris ignorantia, non excusat, † cũ magis origi- 13
nem, quã casum post originẽ incidẽtẽ cõsiderari opor-
teat: vt ff. de dona. l. qui id, ꝙ in princi. & de acqui. possess
sio. l. clã possidere circa prin. & de fide iussor. l. tutor in
prin. † Itẽ opponitur & videtur, ꝙ ignorantia iuris ex- 14
cusat. vt ff de decre. ab ord. fa. l fi. & ff ad Silla. l. si quis in
graui. §. si quis ignorans. dicendum est, ꝙ in illis ll. quæ
dolũ requirũt, ignorãtia iuris excusat. Certũ est enim, ꝙ
in aperiente tabulas testa ante vindicatam defuncti ne-
cem requiritur dolus. vt in eadem leg si quis in graui. §.
quod aut causam, & ideò ignorantia iuris excusat à pœ
na: vt in eodem §. si quis ignorans. In illis verò ll. quæ do
lum non exigunt, si quidem ius per eas inductum erat
publicè notum, verè vel iuris præsumptione, quia à tem
pore constitutionis publicatæ concurrerunt duo mẽses
vt in authen. vt factæ nouæ constit. ignorantia L non L
tolleratur. vt ff. de public. l vlt. §. licet. Sed vbi non est pu-
blicè notum, verè, vel iuris interpretatione, ignorantia
tolleratur, vt ff. de decre. ab or. fa. l. vlti. Tamẽ cõtra præ
dictam solutionem est ff. ad l. Corn de fal. l. diuus. † Cer- 15
tum est enim, quod lex Cornelia dolum requirit: & ta-
men, sicut ibi dicitur, ignorantia, edicti scueritatem nõ
excusat † Sed respondeo potest, quod aut lex requirit do 16
lum verum aut est contenta dolo præsumpto ex quali-
tate facti: vbi requirit dolum verum ignorantia iuris ex-
cusat, vt d §. si quis ignorant. vbi verò contẽta est dolo p̃-
sumpto ex qualitate facti, quod scilicet præsumatur do
lus, † Dolus ex qualitate facti est, vbicunq; quis facit ꝙ 17
scit, vel scire debet se facere nõ debere, M vt C. de iniur. l. M
si non conuitij & ad leg. Cornel. de siccar. l. j. & ff. de do-
li excep. l. j. & tunc iuris ignorantia non excusat, vt hic

& in præalleg. l. diuus Claudius. † Ratio aũt est quia qp
18 ignorantiam prætendit eius quod publicè notum est, v
19 detur esse in lata culpa, vt d l. cedere diem. & l. lata. † La
ta enim culpa dolo præsumpto æquipollet. & ideò ig
norantia iuris non excusat. Item opponitur cõtra prædi
cta. & videtur quòd ignorantia non excusat, etiam vbi
de dãno vitando agitur. vt ff. ad le. Iul. de adult. l. si adul
20 terium §. stuprum. C. de in ius vocan. l. venia. † Sed dicẽ
dum est, aut prætenditur ignorantia iuris ciuilis, & tunc
21 locũ habent o mnia supradicta, † Vbi verò prætenditur
ignorãtia iuris naturalis, vt quia prætendit filius se igno
rasse qp non debuerit iniuriã inferre patri, vel qp deberet
N patri prouidere in necessarijs alimentis N vel quod non
deberet furtum committere vel homicidium, vel cæte
ra delicta iure naturali prohibita, nõ toleratur, licet cer
tet de damno vitando, vt d. le. si adulterium. §. stuprum.
Idem si quasi iuris naturalis ignorantia prætenditur, vt
quia dicit libertus se ignorasse quòd patrono reueren
tiam exhibere deberet: cum enim ab eo consecutus fue
rit præmiũ libertatis, quasi naturali ratione tenetur, vt
O iure compensationis eidẽ debeat reuerentiam exhibe
re, ideò ignorantia iuris non excusat O à damno, qp in
P currit propter reuerẽtiam non exhibitã. C. de in ius voc.
22 l. ij. Vltimo distingui potest circa materiam regulæ, l† quia aut erratur in iure, aut in facto: si in iure. aut ciuili, aut naturali, aut quasi naturali: & si in ciuili aut in iudi cio, aut extra iudiciũ: si in iudicio, si quidem ante litẽ cõ testẽ. error excusat probata caussa erroris legitima. vt ff. de interro. act. l. de ætate. § qui iusto. & §. Celsus. si post. li. contest. ignorantia non excusat, vt hic. & d. l. nõ fatetur. Si erratur extra iudicium, aut agitur de damno vitando aut de lucro captando. & si de damno vitando, aut erra tur in eo in quo requiritur dolus verus, aut in eo in quo sufficit dolus præsumptus. vel lata culpa, vel leuis & mul tò fortius, si leuissima. Et si in eo in quo requiritur do lus verus, iuris ignorantia excusat. ff. ad Silla. lege si quis in graui. §. si quis ignorans. sed si erratur in eo in quo requiritur dolus præsumptus vel lata culpa, tũc si.

quidem

quidem erat publicè notum: verè vel iuris præsumptione, vt quia à tempore publicationis concurrerant duo menses, iuris ignorantia non excusat. vt C. de legibus. l. leges sacratissimæ, & de iuris & fac. igno. l. constitutiones. ff de publi. leg. vlt. §. licet & ad leg Corn. de fal. l diuus Claudius. sed si nõ erat publicè notum, verè vel præsumptiuè, iuris ignorantia excusat. ff. de decre. ab ordi. faci. l. fin. Sed si agatur de lucro captando, siquidem cũ alterius iniuria, vt per vsucapionem iuris ignorantia nõ toleratur, nec excusat. siue potuit, siue non potuit peritiores consulere. vt ff. de iuris & fac. ignor. l. iuris ignorantia, & de vsucap l. si fur. & l nunquam. sed si sine iniuria alterius, si quidem non potuit peritiores consulere iuris ignorantia tolleratur. & excusatur: sed si potuit peritiores consulere, iuris ignorantia non excusat. vt ff. de iuris & facti ignor. l. regula. §. sed iuris & §. si qui. de bonorum poss l. in bonorum. & quis ordo in bonorũ possessoriis. l. ij. §. vlt. fallit. de acquir. hæred. l. si duo. propter rationem quam supra dixi.

†Si erratur in iure naturali, ignorantia iuris non excusat. vt d. l, si adulterii. §. stupri. Si erratur in quasi naturali, iuris ignorãtia nõ excusat. vt C. de in ius voc. l. 2. 23

†Si erratur in facto: aut in proprio aut alieno: & si alieno, aut erat publicè notum, aut non erat publicè notum: si erat publicè notum, ignorantia non excusat. ff. de instit. act. leg. sed si pupillus. § proscribere: si non erat publicè notum, ignorantia excusat Q vt ff. pro suo. l. fin. Q & infra eod, e proximo †Si in facto proprio, aut certat de damno vitando, aut de lucro captando: si de lucro 25
error non tolleratur in proprio facto, si de damno euitando, aut cùm alterius iniuria, & tunc error in proprio facto non tolleratur, vt ff. ad Velleia. l. quanquam, aut sine alterius iniuria & tunc error in facto proprio excusat & tolleratur R vt ff. de condict. inde. l. sed & si me putem in princip & §. cum iter. & de act. emp. l. si tibi liberum. & ita oportet intelligi, quæ notantur. ff. de le. j. l. si res obligata Dyn. R

ADDITIO.

Errauit. Adde. vtrum confessio facta in iudicio vel extra sine caussa, valeat retractariq; possit. Dyn. in c. quod semel. infra eod. Quando autem confessio facta in libello per errorem obsit libellanti, vide latè Iaſ. in §. si minus, in ij. not. Inſtit. de actio.

B In iure. Adde, quòd ab ignorantia seu errore iuris quis excusatur, vbi lex est multum dubia. l. regula. ff. de iur. & fac. ign. & not. glo. in c. vnico. de postul. prælat. suprà eod libr. & Abb. in cap. fin. de consti Felyn. in c de quarta. colum. ix. circa princ. de præscrip. in regno Siciliæ, ignorantia iuris excusat à perditione feudi, propter non petitam inuestituram, vt not. Card. Alexand. in ca. j. col. ix. quo tempore miles inuestit. pete. deb. in vsibus feud. quia textus est munificus & liberalis, vt l. imperialis. C. de nuptijs & notatur in lin. lege C. ad l. falcid facit. quod notat. Bart. in L. sed etsi susceperit. § j. ff. de Iudicijs, quæ est ratio istius munificentiæ vide Card. vbi supra. quod nota. pro vasallis tenẽtibus feudum à rege, seu alio principe. vide Doct. infra. pen. ad lit. allegat. & Specul. in suo aureo repertorio, in titul. de igorant. facti vel iuris, & quæ dixi in §. vij. col. ij. de consuet. feud. lib. Consuet. Liturigum.

Adde breuiter, quod ipsa ignorantia iuris non plus excusat mulierem, quàm alios, quando potuit consulere peritos: vt notat Bald. & Alex. in l. iuris C. qui admit. & ibi dicit post Bar. quòd si est in loco vbi non est peritorũ copia, præsumitur pro ea: aliàs secus. Et in quantum dixi, non plus excusari mulierem, &c. illud intelligo verũ, nisi in casibus in iure expressis, vt not. Bart in l. ne passim. C. de iuris & fac. ign. & Card. in cle. iiij. de consu. & affinita.

C Nocet. Falsum est: quia ex quo agitur de damno vitando. l. iuris ignorantia. de iur. & fact. ignoran. Non obstat dict. leg. cùm quis. quia loquitur quando est debitũ iure exceptionis. nec facit regulam, nisi in eo, quod solutum errore facti facilius reperitur, quàm solutum errore iuris. C. M.

Publi.

Publicè. Adde quid operatur fieri aliquid in publicū, D
quia facit rē esse notoriā, quia quæ publicè fiunt præsumuntur sciri, vt d.§.proscribere.versi.literis.& c.j.de postula.prælatorum,& ignorantia contra factum publicū non excusat, & not. Bart. & Alexand. in addit. in d. §. præscribere.de quo & vide Cepol.in cons. xxxix. colu. v.& Bald.in consil.iiij tit.de offic.leg.qui ponit limitationem ad d.c.de postulat.Prælat.& Francis.Aretin. in consilio cix.

Adde de hoc Bartol.Socin. in suo tractat. fall. regu. clxxv.& ibi habes limitationes ad hanc regulam. & de hoc vide Petr.Philip.Cor.Consil.lxij.incip.plures in litera D vol.iij.

Intelligunt.Adde quæ dicatur lata culpa,text. & ibi E
Bart.in leg.quod Nerua.ff.depos.& Felyn.in c.cognoscentes.col.j,de constit.& Ram.consil.ccccxxvj.& Abb. cons.xviij vol.ij. & Decis.Parla. Delphin. ccccxxiiij. & Cep.in cons.xxxvj.col.iij.in princ.

Sed dic.Vide de hoc infra in ead.reg.circa fin.versic. F
si in facto proprio.& in reg.præsumitur. F. C.

Corrigi.Adde an error commissus in iudicio possit G
reuocari.Bartol.& Bald.post Cyn.in leg. error. C.de iure & facti ignorantia,& in l.j.C.de confess.& in l.nō fatetur.& ibi Alex.in addit.ff.de confess.& Bal.in l.cū precium ad fin. C.de lib.caussa.

Adde omninò de materia huius apost. & seq. Lanfr. de Oria in cap quoniam contra.ver confessiones.num. 33 versi.pro veritate,& quod ibi posui in apostil.in vlt. addit.de probat.

Et non post.Adde quod confessio facta in libello per H
errorem. reuocari potest vsque ad litis contestationem non autem post.vt not Ias.infra.§. si minus in ij. no. instit.de act. F. C.

Consulere.Adde quod non prodest mulieribus igno- I
rantia iuris in lucris captandis.si potuerunt cōsulere peritiores:secus non potuerunt, vt d.l.in bonorum. ff.de bon poss.& ibi Bart.& l.iuris ignorantiam.& ibi Bal.& Doct.C qui admit.& gl.in l.3.C. de iuris & facti ignor.

Et idem in rustico secundum Bal. ibi & in d. l. iuris ignorantiam. & Angel. in consi. clxxij. in fin. & vide Ancha. & Imol. in c. ij. de test. in vlt. colum. & Cyn. in l. fi. C. de test. Saly. & Alex. in d. l. iuris ignorantiam. Cy. Bal. in d. iij. C. de iur. & facti ign. & Bald. in l. si duo. ff de acquir. hær. & Rom. in cons. cxxv. & ad prædicta & ad hanc regulam vide pulchrè Fely in c. quoniam col. ij. de simon. vbi ponit tres conclusiones cum plurib. fallen. & Phil. Fran. hic & Ang. in cons. 288 incip. viso themate supradicto Pan. c. ad nostrã nu. 9. & ibi posui in apost. in vers. non excusat. de rebus eccle. non alie. & adde quod notaui sup. ead. reg in apost prima.

K Et l. si fur. Not. quòd hic deest alterum membrum huius distinctionis, scilicet quando lucrum percipi non poterat sine alterius iniuria: quod sumendum est ex epilogo in fine regulæ ver. sed si agatur de lucro captando.

L F. C.

Ignorantia. Adde vtrum lex vel statutum afficiat ignorantem ad hoc vt ignorantia iuris procedens ex lata culpa vel dolo non excuset delinquentem. Abb. & ibi Fely. in c. cognoscentes. col. ij post med. vers. prima est de const. vbi ponit Fely. tres conclusiones cum duabus fallent. & vide Bart. in leg. quod Nerua ff. de possess. & larius in leg j. ff. si quis test lib. esse ius fuerit. & Bart. & ibi Alex. in addit. in l. diuus. ff de fal. & Alex. in le. si quis id quod in princ. ff. de iurisd. omnium iud. & à quo tempore incipiat lex ligare. vide Felyn. vbi supra col. iiij. ver. circa secundum vbi ponit regulam, quod lex incipit ligare post duos menses à tempore publicationis ipsius, & etiam sex fallent. & per Bartol. in leg. omnes populi. in 8. q & ibi Bal. & Doct. Moder. ff. de iust. & iure. & Ioan And. in data Sexti. j. eo. & gl. in prag San. in fin. super verbo publicationem. & Abb. in cons. 35. in prin. lib. j. & Alber. de Gandino in suo tract. Maleficiorum, tit. de multis. ver. quæro, pone fore bannũ. & Dec. Capellę Thol. q. 444. & Cepo. in consi. 13. in ij. col. & Franc. Are. in consil. lxvij. Debere. Adde Bar. in l. quod Nerua. & ibi Doct. ff. de posi.

Alimen-

Alimentis. Adde quod licét pater teneatur de iure na N
turali alere filium, vt l. j. §. huius studij, & ibi Doct. ff. de iustitia & iure. & Inst. de iur. natur. gen. & ciuili in prin. & ibi Ioan. Fab. Christoph. Porc. & Ang. & Abb. in consl. lxxv. col. vlt lib. j. & gloss. Abb. & Præpos. in c. cum haberet. de eo qui duxit in matrim. quam polluit per adulter. tamen de iure naturali non est educatio parentum facienda à liberis: sed naturali ratione, vt benefacientibus benefaciamus, vt l. sed & si le §. consuluit. ff. de peti. hæred ita tenet Bartol. in dict. leg. j. §. huius studij. & in leg. si quis à liberis §. parens. per illum text. ff. de liber. agnoscend. & Bald. sing institu. de iure natur. gentium. & ciuili in princip. colum j. prope finem cum seq. & Bal. in leg. j. §. ius naturale. column. j. ff. de iust. & iur. & an educ. patris & filij sit de iure ciuili, vide per Doct. suprà alleg.

Addeandebeantur alimenta natis ex illicito vel dã-
nato coitu per parentes, vide Bal. in l. id quod pauperib. nu. 37. ver. vlt. quæritur. & quod ibi dixi in apost. ad ipsũ, in ver. alimenta. C. de episcop. & cler. Et si eam testator dari prohibuit, notaui post Dynũ in addit. in le. j. in vers. nõ sunt alẽdi. ff. de concub. notaui post Alex. in ad ditione ad Bar. in l. Mæuius. vers. sed istud fortè in vers. iure canonico. ff. de leg. 2. notaui post gl. in l. si quis in apost. in vers. ex illicito coitu posita super gl. in ver. iustè ff. de lib. agn. & notat Mathes. sin. 117. inci. no. sing. dictũ.

Non excusat. Adde gl. in d. l. si adulterium, quæ dicit, O
quòd si quis errauit in iure naturali, vel gentiũ, non excusatur. vt sequitur hic Dyn. licet aliqualiter releuetur, secundum gl. sed Bart. ibi hoc reprehendit, distinguit vt ibi vide, & Alex. in l. si quis. quod in princip. colu ij. ff. de iurisdict. omn. iud.

Regulæ. Adde ad hanc regulam Doct. in c. ab excom- P
municato. maximè Innocen. de rescrip. & Ang. Aret & Ias. in §. si quis agens. de act. in fin. & Dyn. & quæ ibi dicam in reg. seq. & in reg. præsumitur. infrà eod. & Abb. & Fely in c. 2. de constit. gl. in c. apostolicæ. de cler. excom. ministran. & Alexan. consi. xxxj. in iij. colu. in fin. li. ij. &

Ang. Aret. instit. de nup. §. si aduersus. & Bart. in l. si adulterium. ff. de adult. & in d. l. non fatetur, & ibi Alex. in addit. ff. de confess. Cyn. Bald. Bart. & Salyc. in l. error. C. de iur. & fact. ign. Bart. in l. Claudius. ff. de acquir. hæred. & Rom. in consi. ccxxv. & Felyn. in c. j. in colum. 2. j. dist. sed qualiter probatur error, dic, quòd q allegat tenetur probare. vt tenẽt Cyn. & Doct. in d. l. error, & probatur eo ipso, quòd probatur rem aliter se habere. secundum Bart. in l. de ætate. § qui iusto. ff. de interrog act. & in l. non fatetur, & in d. l. error. & Lud. Bol. in l. ij. C. de error. aduo. in secund interpr. & Cepo. in caut. ciiij. in prin. & Alex consi. lxxix. col. v. versic. & eo ipso. li. L. 2. & Abb. in c. ex parte de confess. & Card. Alexan. in c. ij. colum. j. iiij distinct.

Adde an quis probare debeat ignorantiam, & qualiter probetur, tex. sing. in cap. nulli. si verò aliquis vers. proprio iuramento. de elect. lib. vj. vbi quod iuramento allegantis ignorantiam probetur, quem text. limita. per gl. Alex. Lud. & Doct. in l. qui bona. §. si alieno. ad fin. ff. de dam. infect. dixi in addit. ad Phil. Franc. post eum in cap. vt circa num. v. in versi. ignorantia probatur. præl. tit. de elect. lib. vj. in addit. ad Stil. Parlam. tit. de addi. hæreditate.

Q Excusat. Adde etiam, quod error in facto alieno non excusat quando illud factum sæpè fuit tractatum & discussum per allegantem ignorantiam: vel vbi esset factũ notabile & graue. secundum Ias. in §. si quis agens. in vlt. not. insti. de action. F. C.

R Toleratur. Adde tolerari ignorantiam in facto proprio iam olim facto, aut adeò intricato, vt difficilè memoria retineri possit, vt tradit Ias. in d. §. si quis agens. colum. 2. vers. item illud quod. F. C.

In Reg. Cum quis. Argumenta.

1 *Hæres præsumitur ignorare factum defuncti.*

2 *Promissor si ante diem moriatur, an pœna committatur.*

3 Igno-

3 *Ignorantia quando toleretur in persona successoris.*
4 *Hæres emphyteutæ qui desijt canonem soluere an excusetur.*
5 *Tempus non currit ignorantibus.*
6 *Obligatio debitoris non extenditur per causſam contingentem in personam creditoris.*
7 *Casus contingens in personam debitoris non alterat obligationem.*

REGVLA XIIII.

Cvm quis in ius succedit alterius, iustã ignorantiæ causſam cẽsetur habere.

†Pone quod commisisti dare bouem in Kalendis Augusti, si non dares, promisisti centum nomine pœnæ: & decedis ante Kalẽdas Augusti, hæres ignorans promissionẽ factam non soluit: dubium est an possit cum effectu conueniri ad pœnam: & respondetur quod non, A quia iustam habuit ignorantiæ causſam, vt hic, & ff. eo. l. qui in alterius. sed contra est apertè de verb. oblig. l. ad diem. vbi dicitur †quòd mortuo promissore ante diem, pœna nihilominus committitur adueniente die quo dare debuit, licet promissoris hæreditas non sit adita: & idem dicitur de naut. fœno. l. vltim. sed dicas de rigore iuris pœnam committi contra hæredem etiam ignorantem, B vt d. l. ad diem. & de naut. fœno. l. vlt. sed propter probabilem ignorantiæ causſam postulare potest successor beneficium restitutionis in integrum, & eo impetrato non nocet pœnæ commissio. vt hic. & in d. l. qui in alterius. nocet ergo ipso iure vt in contrarijs: sed propter probabilem ignorantio causſam restitutio datur, vt hic.
Item †opponitur & videtur ignorantiam non tollerari in persona successoris, C & pœnam cum effectu committi. nisi successor fuerit pupillus, vt ff. de verb. oblig. l. cum filius. §. in hac stipulatione. Sed distingue vtrum successor agat D vel conueniatur, quia si agat vel aliũ inquietet, pœna committitur cum effectu, licet ignorauit promissionem factam ab eo, cui successit, vt in d. §. in hac, sed si conueniatur, tunc pœna non committitur de rigore iu-

E re iuris, E vt in l. ad diem. ff. de verb. obl. & de nau. fœno. le. vlt. Ratio autem est, quæ redditur in tex. d. l. qui in al. tèrius, quia qui agit, plenè certus esse debet. cũ sit in potestate eius an velit experiri, & antè debet rem diligenter explorare, & tunc ad agendum procedere: quæ ratio non extenditur ad eum, qui conuenitur. vt ff. de doli except. l. purè. §. vlt. & ideò alius est effectus vnius, & alius alterius.

4 †Quæri autem potest an hæres emphyteute, qui solucre cessauit eccle siæ canonẽ per biennium vel priuato per triennium excusari possit & debeat prætextu igno-
F rantiæ, quòd videtur F per verba istius regulæ, & ff. eod
5 l. qui in alterius. †& quia tempus solet cedere ignorantibus. vt ff. quando app. sit l. j. §. dies. & §. si aduersus. & ff. de cal. l. annus. & de edil. edic. l. cum sex. econtrà videtur cadere à iure suo, in d. l. ad diem & de minoribus. le Aemilius de nau. fœn. l. vlt. Dicendum videtur, quod de rigore iuris possit deiici à iure emphyteutico. vt in d. le.
G ad diem cum sim sed propter iustam ignorantiæ causã restitutio G concedi debeat. vt hic, & d. l. qui in alterius Item quæri potest: quare est, quod mortuo stipulatore sine hærede, vel relicto hærede cui non potest de iure solui, pœna non committitur ipso iure, vt ff. de vsur. le. pe-
H cunia fœneb ris. in fin. & l. eum quidam. §. si pupillo. sed
6 econtrà H mortuo promissore cõmittitur, licet restitutio concedatur. vt dictum est †Ratio est, quia casus cõtingens in personam creditoris non debet extendere obligationem debitoris. ar ff. eo. l omnis hæreditas. §. nun-
7 quam. & ad l. Aquil. l. qui occidit. §. vlt †sed econtra contingens in persõam debitoris, non debet variare obligationis conditionem, vt ff. de verb. obligat. l. ij. §. ex his, & de præto. stip. leg ij.

ADDITIO.

A Quod non. Limita istam regulã non procedere, quando hæres ex hoc lucrum quæreret, vt noti Dec. in l. qui in alterius, nu. 4. ff. eod.

B Ignorantem. Adde Bart. & Alexan. in l. cum filius §.

in hac

in hac.ff.de verb.obl.& Bart.& Alex.post.Dyn.in d.l ad diem.hic alleg.

Successoris. Adde quando scientia defuncti censeatur in hæredem continuata, ita vt allegando ignorantiam non audiatur, Dyn.in c.præsumitur, infrà eo.vbi posuit multa ad materiam istius regu.pertinentia. F C. C D

Agit. Adde Ang. Aret.& Ioan. Fab.qui dari tut. poss. in prin in gloss datus instit.qui idem tenent. & Bart.in l.qui in alterius.ff eod dicit, quod successor conuentus habet iustam causam ignorantiæ vsque ad publicationem testium vel productionem instrumenti, per quæ appareat ipsum esse certioratum & non habere causam ignorantiæ quia tunc ab illo tempore posteà debet condēnari in expensis, vt l si quis inficiatus.ff.depositi. sed secus est in actore, vt tenet hic Dy.licet secundū Bartol. possit esse ex parte actoris iusta causa, qua cognita statim debet desistere, & releuabitur ab expensis.vt leg desistitisse.ff.de iud.& leg.eum quem temerè.& ibi Barsol. & vide Dec. in dict.leg. qui in alterius. numero.10. Vide Bald.in consi.221.lib.j & Barto.in dict. §. in hac. supra alleg. & in l.qui insolidum §. etiam.ff.dē legat.2. & in l.j ff de alie.iud mut. Bar.& Bal.in l.proponēdum.§. fin autem.C.de iud. vbi ponit Bal in fi.quid si quis habens iustam causam litigandi super tota causa, tamē super vna exceptione nō alie.Io.in c.præterire de elect.vide Bal.in l.nō ignorare dē fruct.& lit.expen. & per Bal in auth.generaliter.& ibi Bar. & Saly.in l.j C.de epis.& cle.Bal.in l terminato & ibi Salic. C. de fruct. & lit. expen.& Abb.Sicu.in c.finem litibus.de dol. & contu.& ibi vide de iuramento calumniæ an excuset ab expen.& Bart in d.l.etiam.& Cyn.in d.auth generaliter.& idem tenet Io.And c.j.de elect.supra eod.& in reg.præced. q̄ error excusat ab expen.condemnatione in causa principali, secus in causa appellatiōis, rationē ibi vide.sed Acc. aliter dicit in l.generaliter.§.j.& ibi vide pēs.doct. C.de reb. cre.sed Bal.in cōs.84.co.4.vers.sed si quis.li.j. dicit. q̄ Io.And.debet intelligi in expē.factis in causa appellatiōis ex nouis actis et prædictis. vt not.Io.And.in re.præced.&

ced. & Innoc. in c finem litib. & ibi Abb. de dol. & cõtu & in d. l. generaliter. §. j. & Ang. Are. Inſti. de pœna temlitig §. j. col. pen. verſ. quæro vnus obtinuit & gloſſ. ſingul. in l. fin. ff. de re iud. quæ dicit quòd ille qui ſuccumbit in cauſſa appellationis tenetur reficere omnes expẽſas etiam primæ inſtantiæ. Sed Rapha. Fulg. ibi & Doct. ſup. alleg. vt ſupra dictum eſt. tenent contrarium, & vide deciſ. Capel. Tholoſ. 224 & ibi quando appellans pro parte obtinet, pro parte non. Lanfr. de Oria. in ſuo tract. de arb. in vlt. parte. q. xvj. Ad prædicta accedit gl. in Authent. de iud. §. oportet. in verb. ſolo adiectio. per quam dicit ibi Ang. quòd iuſta cauſſa litigandi excuſat ab expen. tamen fallit quando expenſæ ſunt promiſſæ, & idẽ tenet Bal. in l. eos. §. cautione. C. de app. & in d. Auth. gẽneraliter. & Ang. & Bal. in d. §. fin. autem de iud. Alex. de Imo in conſ. lj. colum. iiij. verſ. poſſet, lib. v. & in conſ. xxxvij. in vlt. colu. lib. 2. & Bal. & Ang. in l. non ſolum. ff. de rei vend. ſed Alex. in conſi. clxxxiij. in fin. vol. v. tenet contrarium, quod iuſta cauſſa litigandi non excuſat ſtante ſtatuto, quod victus victori. &c. & Franc. de Crema in ſuo ſing. 120 & vide Alex. in conſi. 54. cod. lib. in conſi. 34. in fin. lib. iij. an communes opi. doct. excuſent à condemnatione expenſarum, vide doct. ſupra alleg. & in c. finem litibus Zenzel. in cle. ne Romani de elect. habetur in c. ſacro. de ſent. vbi loquuntur etiam de opinio hanc vnius Doctor. & per Abb. in c. capellanus de fer. & in c. j. de re iud. & in c. j. de poſtu. prælat. vbi dicit, quod excuſata pœna legis, & per Bart. in l. cum quidã §. dicitur. ff. de acquir. hæred. & Felin. in cap. ſuper his col. vlt. de accuſ. nam communis opinio inducit probabilem errorẽ facti. d. c. j. de poſtu. prælat. cum ibi not. & l. 2. ff. de iuris & fac. ign. & Bar. in l. de eo. & ibi ſing. Alex. in addi. C. de pœna iud. qui male iud. per Ioan. And. & Abb. Sicul. in c. j. & Innoc. in c. ne innitaris de conſtit. & Alex. in d. conſil. j. lib. 5. & in conſ. 66. in fi. col. eo. lib. & per Bald. in l. j. de collat. in vẽrbo opinio. fol. 2. in pragm. Sanc. & Bal. nec j. §. iudices. de pace iuram. firm. & Fely. in j. conſtit.

col

col. xx. cum seq vbi ponit ignorantiam cũ fal. & Io. Bap. Cast in addit. ad Dictionarium Alber. de Rosa. & not. Conset. in suis sing. in cip. vbi Doctor. in litera & in verbo, opinio & Ang Bart. Bald. in clem. j. de elect. & Card. Alex in c. quis neſciat. 9 distinct. & in c. mensa. 2. dist. & Bart. Ang. & Alex. in l. cum prolaris. colu. vlt. vers. addi. quærit, Bart. ff. de reiud & Pau. de Monte Pico. in repet. §. Titia & l. Titia ff. de leg. 2. col. 14. An in dubio præsumatur ignorantia in succedente ius alterius. Alex tenet quod lic. in consi. 70. lib. j. col 3. vers. ipsa. & vide Alex in consi 134. in fin. eod. lib an iudex debeat sequi communem opinionem, vel particularis doctoris, & doct. sup. à alleg. & ad istam regulam vide Marian. & Soc. in Rubr. de caussa proprietatis & poss. in 3 tractatu art. 4. vers. 6. competit publiciana. vbi pulchrè declarat istam regulã, & no vnum, quod licet iusta caussa litigandi excuset ab expen. non tamen excusat à condemnatione fructuum, vt not. Bal. per illum tex. in l. ex diuerso §. vbi autem. a liàs est lex de rei ven. quod no. & idem no. Dom. de Ros. decis. 172. in nouis tit. de dol. & contum.

Adde ad propositum huius apost. & signanter, dum quærit, an iuramentum de calumnia excuset à condemnatione expensarum. vide Bald. in auth. generaliter. nu. 9. & ibi not. post eum in vers. iuram. calum. C. de epis. & cle. dixi post. Guil. de Cug. in l. properandum. § sin autẽ alterutra. num 3. vers. iuram. calumniæ. C. de iudicijs, & Lanfr. de Oria. in c. quoniam contra falsam. §. expensæ num. 4. in vers. donationem expen. probat, & an debeat fieri contra vitium in vno c. dixi. post præalleg. de Cug. vbi suprà nu. 10. in vers. in expensis & in addit. ad Lanfra. vbi supra. nu. 10. in vers. nisi in quinquag.

Iuris. Hoc limitat Deci. in d. l. qui in alterius. nu. 3 nõ habere locum, quoties hæres conuenitur super ijs, quę in testamento continentur, de quibus præsumitur habere notitiam. F C. E

Videtur. Adde simili modo excusari hæredem emphytevtæ, qui ignorans vendidit fundum emphyteuticum, secundum Bal. in c. j. §. Si vasallus in fin. si de feu. fuc. con- B

fue.contro.inter dom.& agn quem ſequitur Dec.in d.l. qui in alterius num 2. F. C.

G Reſtitutio.Idem gloſ. Dyn.Bald Io. Fab. ij. C.de iur. emphyteut. Lud.Ro.conſi.clxvj.in fi Alex.conſ. clxix. nu 10.lib.ij.Dec.conſi.58.in fin.vbi in annot.dixi.& conſil.138 col.3.item ex omni iuſta cauſſa.Carol.Ruyn,conſil.cl.lib.j. C. M.

H Econtra.Adde hic Ioan.Andr.& in addit.Spec.de lo. ca.§.aliam. verſicu xix & Bartol.in dict. l.ad diem. ff. de verb oblig.gloſſ.& Iaſ in l ij C.de emphyteu.ſi Bal.in l fin.C ſi penden.appel.& Bart in l.Aemilius.hic alleg. Felyn.in cap.vigilanti.column.ij in princip.de præſcri. & And.Barb in repet.ca Raynaldus in Ioannina. circa fin.de teſtam & Barto. & Alexand. in l cum filius.§.in hac.ff.de verb.oblig.Imol.in cap.potuit.de loc,Cy.in d. l ij de iure emphyt.& Ant. Corſet. in ſing.in verſi.hæres. & Lanfr. de Oriano in tract. de arbitr quæſt.ix.& Abb.in conſil.iij.col.6.vol.ij.& Deciſ.Parlam.Delphin. quæſt.24.in fin.

In Regul. Odia. Argumenta.

1 *Statutum odioſum eſt reſtringendum.*
2 *Inſtitutio in re certa valet, exhæredatio non.*
3 *Pactum de non petendo naturalem obligationem ipſo iure auſert.*
4 *Pactum de petendo non redintegrat ipſo iure obligationem, quæ ſublata fuit per pactum de non petendo.*
5 *Fauor quando ampliandus, odio reſtricto.*
6 *Fauor publicus priuatorum præfertur vtilitatibus.*
7 *Fauor publicus in maleficijs puniendis attendendus.*
8 *Pœnæ ſunt potius molliendæ, quam exaſperandæ.*
9 *Maleficia quando ad rigorem ſunt puniendа.*
10 *Tutor ſuſpectus ad publicam vtilitatem remouendus.*
11 *Pœna moderanda eſt ſecundum qualitatem delicti.*

REGV-

REGVLA XV.

ODia restringi & fauores conuenit ampliari.

Casus istius regulæ A est, suprà de elect. c. statutum. li. vj. vbi dicitur, † quòd statutum de ijs qui ad parochialiũ ecclesiarum regimen assumuntur, promouendis ad sacerdotium intra annum, alioquin ipsis ecclesijs sint priuati, ad collegiatas ecclesias extendi non debet. quia cũ sit odiosum, restringi conuenit potius quàm laxari. Exemplum etiam apertum ponitur. ff. de lib. & posth. l. cũ quidam. † quia si pater instituat filium ex re certa, valet institutio. sed si exhæredet à re certa, non valet exhæredatio: quia in institutione versatur fauor quem conuenit ampliari: in exhæredatione odium, quod econtra oportet restringi. † Item probatur, quia iure cauetur, quòd pactum liberatorium, id est, de non petendo tollit ipso iure naturalem obligationem. ff. de solut. l. Stichum. §. naturalis. † pactum verò de petendo, quod est obligatorium, non tollit ipso iure, vt ff. de pac. l. si vnus. §. pactus ne peteret. Et hoc contingit propter rationem istius regulæ, scilicet quia in pacto prædicto de non petendo, versatur fauor, quẽ conuenit ampliari, in pacto prædicto de petendo versatur odium, quod oportet restringi, vt ff. de act. & obl. l. Arrianus. Sed contra regulam videtur. ff. de ijs, qui not. infa. l. ij. §. erercitum. vbi odium ampliatur, & non restringitur. † Sed dicendum B est, quod aut ex vtraq; parte, id est, fauoris & odij versatur ius priuatum: aut ex vtraq; publicũ: aut ex altera priuatũ, & ex altera publicũ. Primo casu & secũdo ampliatur fauor, & restringitur odium: quia cũ natura sint hinc inde paria, certum est in re dubia fauorabilẽ causam potius assumi debere, quàm odiosam. vt in præall. l. cum quidam. & arg. ff. eo. l. quoties idem sermo. & l. quoties nihil, in tertio casu pfertur ius publicũ, siue versetur ex parte odij, siue ex parte fauoris. & de isto tertio casu loquitur. ff. de ijs. qui no. infa. l. ij. Et ratio huius est, † quia fauor publicus præferri debet vtilitatibus priuatorum, C vt C. de primi pilo, leg. vtili.

A 1

2

3

4

5 B

6 C

vtilitas. & in auth. de rest. & ea, quæ parit in xj. mense. §.
7 quamobrem colu. 4. Sed hoc † falsum esse, posset aliquis
ostendere euidenter, certum est, quod in maleficijs pu-
niendis fauor publicus versatur, vt ff. de publica. l. licita-
tio §. quod illicitè. & ff. de fideiussorib. l. si à reo. §. si id
8 quod vulgo. & ad l. Aquil. l. ita vulneratus. † tamen iure
cauetur, quod interpretatione legum pœnæ delictorum
potius molliendæ sunt, quàm exasperandæ. vt ff. de pœ-
9 l. si præses. & l. interpretatione legum. † Sed dicendũ D
D est fauorem publicum considerari, vt maleficium non
remaneat impunitum, ex quo constat commissum, non
autem in re dubia id est, cum incerta est criminis quali-
tas, vt pœnæ exaggerentur, sed vt potius minuantur, cũ
potius clementiæ quàm seueritati non iudicantes stude
re oporteat, vt ff. de pœn. l. respiciendum. in princ. Item
contra prædictam. dist. est ff. de suspect. tut. l. hæ. § si qd
ergo. vbi si non apparet caussa remotionis ex caussa le-
10 uiori remotus videtur: † & tamen remotionem tutoris
suspecti suadet publica vtilitas. vt in eo titu l. j. §. conse-
quens, imò non est contra: quia ibi non suadet delictum
sed præsumitur in dubio minus fuisse delictum, cùm sit
incerta delicti qualitas. & ideò ad sententiam condem-
natoriam sequitur minor pœna. cùm † pœna moderan
da sit secundum qualitatem delicti, vt ff. de offi. præfec.
vrb. l. j. §. cùm patronus. & de iur. patron. l. i. Dynus.

ADDITIO.

A Regulæ. Adde ad declarationem huius reg. Dyn. inc.
quis à iure. infrà eod. F. C.

B Sed dicendum. Adde quod odium duplex est, publicũ
& priuatum. de quo per Abb. in c. quoties de test. & quã
do odia restringi & fauores ampliari debeãt. vide Alex.
in l. cætera. §. sed & si quis. ff. de leg. j. & per gl. & Bart. in
d. l. 2. § exercitum ff. de ijs qui no. infa. Bart & Io. de Pla.
in l. quemadmodum. C. de agric. & censi. lib. xj & Ioan.
Imo. in d. l. cum quidam. de liber. & posthu. & Bal. in l. j
in 4. q. C. de lib. præt. & Alex in d. l cùm quidam in fin.
& Philip. Fran. hic. & quando odium repellat quem à te

stimonio.

stimonio.vide Alex.in consi.xcix.in 2.col.1.lib.& an lex possit esse pro parte fauorabilis & pro parte odiosa,vide Bal.&ibi Ludo.Bolo.in secundis interpret.in l.1.§.quod autem.ff.de aleatori,et Bald.et ibi in addit.Alex.in l.venia C.de in ius voc.& Alex.l.sed si hac,§.semper in prin. ff.de in ius voc.adde quod not.Felin.in c.dilectus in 2. colum.in versi.quarta conclusio.de rescrip.& colum.4. versic.3.facit.& Card.Alex.in c.vota.63.dist.

Priuatorum. Adde tex.in l.vnica.§ fin.& ibi Doct. C C.de Cad tollend.& in auth res quæ subiacent restitutioni C.com de le.& in c.licet.de rest.et transeunt ad reli.quod intellige secundum gloss.ibi,cùm per publicam non impeditur priuata quia charitas benè ordinata incipit à seipso l.præses.C.de seruit.et aqua.et vide tex.in c.scias.7.quæst 1.et ibi glos.et in c.bonæ.in 1.de postul. prælat.et Paul.de Cast.consi.cccx.column.3.in anti. et plenè per Bartol.Bald.Alexand.et Socin.in l.1 ff.sol. matrimon.

Adde,quæsit pœna iudicis mutantis pœnam à iure introductam sine caussa,Rom.omninò sing suo.77.incip.veniqua,& Felyn.qui illius meminit in c.de causis, colum.5.de offic.de leg.in cap.qualiter & quando cl.ij. §.ad corrigendos,colum 7.versic.pro complemento extra.de accusat.

Sed dicendum.Vide eundem Dy iu c.in pœnis.versi. D sed distinguendum.& in c.in obscuris.versi.ad tertium infra eo.vbi plenius distinguit.

In Regul. Decet. Argumenta.

1 *Filius familias ob dignitatem sui iuris effectus,finita administratione manet sui iuris.*

2 *Priuilegium minori concessum finitur ætate minori finita.*

3 *Priuilegium quando finiatur,finita priuilegij caussa.*

4 *Actio turpis non intenditur aduersus eam,quæ vxor esse desijt.*

5 *Testamentum pupillare tollitur paterno sublato.*

6 *Caussa in dubio impulsiua præsumitur,non finalis.*

REGVLA XVI.

DEcet concessum à principe beneficium esse mansurum.

Clarissimè patet exemplum istius regulæ in authent.
1 const. quæ de dignita. §. illud. vbi dicitur. †quod si filius familias propter dignitatem sibi delatam fuerit sui iu-
A ris, quod A nihilominus dignitatis suæ administratione finita remanet sui iuris. & retinet omnium cognatorum & agnatorum iura. Sed contra regulam vi-
2 detur. ff. de leg. 2 leg. Titia. Seio. §. vsuras. vbi dicitur, quod finita minori ætate, cuius occasione priuilegium concedebatur, finitur priuilegium à principe concessum. Sed dicendum est. quod ibi finita erat finalis causa priuilegij concedendi, & ideò finitur priuilegium,
B B iuxta regulam generalem, Cessante causa cessat effectus. C. de episc. & cler. l. generaliter. & de hæred. l. j & de testa. milit. l. pen. de restit. mi. l. fin. c. cum. cessante de appell. in proposito autem non erat finita priuilegij causa. & ideò priuilegium durat. vel si erat finita. fuerat causa impulsiua & non finalis, & ideò finita causa non finitur priuilegium vt ar. ff. de vsufruct. leg. l. generali. §.
3 duas †Et huius occasione distingue aut constat causam priuilegij concessionis alicuius vel prohibitionis factæ esse finalem. Aut constat esse impulsiuam. Aut dubitatur. Si constat esse finalem. aut ea sublata remanent aliquæ reliquiæ præcedentis causæ aut omnes tolluntur, & si aliquæ reliquiæ remanent, reliquijs ijs remanentib, durat effectus. vt patet exemplum. ff. de quæst. l. vnius. §. seruus. vbi seruus à domino distractus in memoriam prioris dominij, non debet nec potest aduersus quondam dominum interrogari. Itē qui desijt esse decurio, torque
ri in memoriā prioris dignitatis non debebat. vt ff. de de-
4 curio l. fi. † Item contra eam, quæ desijt esse vxor. non instituitur actio turpis in honorem præcedentis matrimonij vt ff. rerum amotarum. l. j. & ij Sed vbi nullæ reliquiæ
C causæ finalis C remanent, sublata causa tollitur totaliter effectus, vt supra de præben. c. si pauper li. vj & ff de

act.

act.& obl.l.qui eum hæredes.ar.ad confirmationem huius distinctionis quia iure cauetur, † quod sublato testa- §
mento paterno de iure Ciuili, in totum tollitur pupillare: quia nullæ remanent reliquiæ paterni.ff de inoffi. testa.l.Papi.§.sed nec impuberis. & de vul. & pup. sub l.in substitutione. & l.ex duob.§. vlt.& l.& si contra tabu.cũ ibi not.Si constat esse impulsiuam, tunc finita causſa nõ finitur effectus, vt §. de dona.le. ij. §. vlt.& l.seq.& quod dici de Caphurnia. ff.de postulan. l.j .§. sexum. sed si du- C
bitatur vtrum fuerit finalis vel impulsiua, præsumitur D
in dubio impulsiua. D. & ideo ea finita non finitur effectus.vt ff.de cond. & demon. l. cum tale.§.falſ. causſam. & l. Titio.§. sed cum ante nuptias. & de vsufru. leg. l.generali.§.duas. & de dona. leg.ij.§. fin. & C.de iure dot. l. si mulier. Dyn.

ADDITIO.

Dignitatem. Adde quæ dignitates hodie liberant fi- A
lium à patria potestate, tex.gl.Ioan.Fab.Christo.Porc.& Ang. Aret.in.§. filiusfa.inst.quib.mod. ius patr. pot.so. & glo.sing.& ibi Ioan.de Plat.in l.fi.C.de decur.lib.x. & in authen.sed Episcopalis, & ibi. Sal.C.de episc.& cle. & glo.& Abb.post Inn. in c. indecorum. de ætat. & qualit. Dixi in apostil.ad Bal.in l. sacrosan.nu.j. in ver.episcopalis autem dignitas.C.de episc.& cle.& in auth.si qua mulier.in vers.definit,& in mea potest.nu.1.l.j. C. de sacrosſ. eccle.& in addi.ad Panor.in c.constitutus,nu.3.in ver.dignitas episcopalis. & in ver. religio verò approbata.de restit.in integr.

Priuilegium. Adde quando & quomodo intelligitur B
priuilegium finitum finita causſa,Bar.& Bald.in l. Titia Seio.§.vsuras hic allegat. Et quanto tempore duret, vide Bar.in l.fin.in vlt.q. ff. de mand.princ. & in l.licitatio.§. earum rerum.ff.de publ.& ibi quod in rescriptis,& Bald. & Doct.in l.falso.C.de diuers. rescript. Specul.tit.de instrum.edit.§.nunc autem. ver.si item opponitur. vbi ponit casus in quibus priuilegium perditur.& per Inn.Ab. & Fel.in c.cũ accessissent. col.x.ante medium.de consti.

vbi ponit Fely. tres regulas cum aliquibus fallent. & gl. & Doct. in ca. ſuggeſtum de deci. & gloſſ. et Archid. in c. priuilegium. 11. quæſt. 3. et Cyn. in l. voluntariæ. C. de excuſa. tut, & Bart in l. 1 ff. de nundi. & Alex in conſi. 13. lib. 5. et in materia Rom. conſi. clxxx. quod eſt pulchrum & ſingulare.

C Finalis. Adde quod per not. hic per Dy, decidunt Bar. & Bal. in l. fin. de ferijs. quod ſi datur dilatio ad producẽdum vnum inſtrumentum, & producit in prima die, quod finita eſt cauſſa dilationis, & iudex poteſt procedere ad vlteriora, vide Bart. in l. à filia. § alumno ff. ad Trebellia. et Ang. Aret. in §. ſi minus. colum. 8. inſtit. de act & Dyn. & quæ ibi dicam in regula, non licet actori. infra cod.

D Impulſiua. Adde quod in dubio præſumitur impulſiua, & non finalis, vt not gloſ. ſingul. in l. 2. §. fin. ff. de donat. & ceſſante cauſſa non ceſſat effectus, vnde qui vult dicere effectum ceſſare ex ceſſatione cauſſæ, debet probare ipſam cauſſam fuiſſe finalem, de quo latè per Cy. Bald. Ange. & Saly. in l. generaliter. C. de epiſ. & cler. & Dyn. & Bart. in d. l. 2. §. fin. de donat. Voluit allegare. Dy. in l. 3, & ibi dixi verſ. ceſſante cauſſa impulſiua. ff. de donat. cauſſa mort. quia ibi eſt opin gl. & ſing. in ver. cauſſa. et quod ibi notaui. et Iac. Rebuff. in l. nullus. num. 2. in verſi. præſumituri impulſiua. C. de ijs. qui à principe, lib x. Dyn. in l. pecuniæ. in verſic. in dubio præſumitur impulſiua. ff. de adim. leg. Ioan. Fab. et Ang. aret. in §. illis autem. inſtit. de teſta. milit. gloſ. Io. And. & Doct. in c. poſt tranſlationem. §. cæterum. nu. 17. in verſic. ceſſat iuBs. al. in l. generaliter. num. 3 in verſic. ceſſante cauſſa impulſiua. C. de epiſ & cler, & in c. et ſi Chriſtus. ad fi. de iureiur. & per gloſſ. & Card. Alex. in ca. ſtatuimus. §. neophytum. lx diſtin, & Alex. in addit. ad Bartol. in d. §, fi. & bar. in l. ſi ff. de teſta. tutel. et Abb. & Præpoſ. Cardin. alex. in c. cum ceſſante col. 1. de ap & bart. in l. in omni, ff. de adoptio. et in l. Titia. §. vſuras. ff. de leg. 2. et Felyn. in c. cum nuntius in 1. colum. verſi. nota primo. et in prin. 2. col. de teſtibus.

In reg.

In Regul. Indultum.

Argumenta.

1 *Reus non potest per hominem impediri, quo minus pluribus possit exceptionibus vti.*

2 *Reus exceptiones dilatorias & declinatorias proponere potest vsq; ad litis contestationem.*

3 *Reus exceptiones peremptorias ante sententiam opponere potest.*

4 *Condemnatus non cogitur per hominem ante tempus lege concessum soluere condemnationem.*

5 *Pater non potest filium à legitima petenda prohibere.*

6 *Tempus ad appellandum à lege concessum non potest hominem tolli.*

Tempus quantum concedatur ad appellationem prosequendam.

7 *Vsus fructus patri debitus in bonis filij aduentitijs, an possit ei auferri.*

8 *Lex vna aliam extenuare & penitus tollere potest.*

9 *Maritus habet administrationem rerum paraphernalium vxore non prohibente.*

10 *Exceptiones an possint opponi post tempus à iudice statutum, intra tamen tempus à iure præscriptum, & num. 14.*

11 *Iudex tempus limitare potest, post quod excludetur litigator.*

12 *Renuntiare iuri suo videtur non persequens litem intra tempus à iudice concessum.*

13 *Iudex an quandoq; possit iurisdictionem denegare.*

15 *Tempus quod datur ad appellandum, an possit per iudicem minui.*

16 *Dilationes sunt arbitrariæ.*

17 *Legitima filio in bonis paternis debita an auferri, vel saltem minui possit per statutum.*

18 *Ius agnationis pacto tolli nequit.*

19 *Statutum & pactum æquiparantur.*

20 *Pactum de non petendo legitimam non valet.*

21 *Pactum de futura successione reprobatur ipso iure.*

22 *Ius vnum ciuile per aliud tolli potest.*
23 *Ius testandi incognitum fuit iure naturali & gentium.*
24 *Medio sublato intelligitur etiam sublatum extremum ad quod sine illo medio peruenirinon potest.*
25 *Pignoratitia tollitur iure offerendi sublato,*

REGVLA XVII.

INdultum à iure beneficium non est alicui auferendum.

1 †Indulgetur reo à iure, quod possit plures exceptiones proponere vt infra eod. nullus pluribus, & ff. de ex-
2 cept. l is qui. & l. nemo. & ideò non potest auferri per hominem. †Item indulgetur reo per l. quod omnes exceptiones dilatorias & declinatorias proponere possit vsque ad lit contest. C. de proba. l. exceptionē, & de excep. le. vlt. & pen C de procura. l. ita demum & ideò non de-
3 bet auferri per hominē. † Itē indulgetur reo per. l. quod possit opponere peremptorias quandocunq; ante sentias, vt C. senten. rescin. non poss. l. peremptorias, & ideò non debet auferri per hominem, quia indultumà iure beneficiū non est alicui auferendum, vt hic. & auth.
4 de nup. §. ii verò solùm col. iiij. † Item à iure indulgetur condēnato ad condēnationē soluendā tēpus quatuor
A mensiū. C. de vsur. rei iud l. ij. & ideò nō debet nec potest
5 auferri per iudicem sine causſæ cognitione, A vt ff. de re iud. l. ij & l. iiij. § si quis condemnatus. † Item indulgetur filio à lege, quod habeat legitimam de bonis patris, vt in auth. de trien. & semiſ. §. j. col. iij. & ideo non potest au-
B ferri per patrē. B nisi in casibus à iure expressis, id est, in quibus licet filium exhæredare, in illis enim in quibus licet exhæredare, nihil relinquere tenetur, vt in authen. de hæred. & falc. §. exhæredatos. collat. j. & de immē. donat. in filios fact. §. vlt. colla. vij. quæ est. C. de liber. præter authen. non licet. & cum de appel. cognoſ. §. aliud. &
6 §. seq. † Item indulgetur à iure, il. j contra quē sententia lata est tempus. x. dierum ad appellandum, vt in auth. de

appel.

appel. circa prin. colla. iij Item indulgetur appellanti ad appellationem prosequendam annus & ex causſa biennium, vt in auth. de ijs. qui ingred. ad appel. colla 5. & ideò ei non eſt auferendum, vt hic & infinita etiam iſtius regulæ alia inueniuntur exempla regulam confirmãtia, tamen eſt contra regulam † quia pater licet à iure vſum fructum habet in bonis adnentitijs filij C. de bon. quæ liber. l. cũ oportet. & l. fin. & tamen poteſt auferri per hominem relinquentem ea conditione ne ad patrem perueniat C vſus fructus, vt in auth. vt liceat matri & auiæ in prin. Sed illud fit legis auctoritate, & ideò nõ videtur auferri per hominem, ſed per legẽ quæ auferendi poteſtatem concedit, vt C. vbi & apud quem cog. in integ. reſtit. arg. le. vlt. & ff. quod cuiuſque vniuer. nomi. l. item §. ſi decuriones & de lega. ij. l. vnum ex familia. §. ſi falcidia. † & cõſtat quod vna lex poteſt tollere, & multò fortius extenuare vires & effectũ alterius, cũ cui plus licet, licea t & q minus. vt infrà eo. c. cui licet. † Itẽ à lege datur marito adminiſtratio bonorum paraphernaliũ vxoris. D & tamẽ poteſt auferri per hominẽ, id eſt per mulieris prohibitionem, vt probatur. C. de pac. conuẽ l. hac le. Sed eadem reſponſio poteſt habere locũ. Ad materiã autem regulæ, & dictorum exemplorum in regula poſitorum pertinet quærere † Primò ſi iudex ſtatuat tẽpus certum ad dilatorias vel declaratorias exceptiones opponẽdas, an poſt illud tempus, & ante litis conteſtationem poſſit opponere. Item ſi ſtatuat certum tempus ad oppoñẽdas peremptorias an poſt illud tempus & ante ſentẽtiam poſſint proponi. Et videtur, quod ſic, quia beneficiũ proponendi dilatorias vſq; ad litis conteſtationẽ eſt à iure indultum. Item proponendi peremptorias vſque ad ſententiam, eſt ſimiliter à iure indultum vt d. l. exceptionem. & leg. vltim. & penult. & leg. peremptorias, ergo non poteſt auferri vel extenuari per iudicem vt hic & ff. de re iudicat. leg. iiij. §. ſi quis condemnatus, & in authent. de nuptijs. §. ſi verò ſolùm. E contra videtur quod non poſſit, E † quia iudex poteſt limitare tempus. Et poſt illud tempus à iudice limitatum exclu-

7 C 8 D 9 10 E 11

ditur litigator, vt ff. de accus. l. Titia. qui nimò plus † quia non prosequenda infrà tempus à iudice præfinitum, de sistere videtur, et inre suo renuntia. vt ff. ad Turqil leg. ab accusatione. §. destitisse. item pro hoc est C. qui accus. non poss l. si ea. & de ingen. manu. l. diffamari. ff. de opt
13 leg. l mancipiorum. et de cura. bon. dando. l. 1. & de bo. auctorit. iu. poss. l. 4. † Et quia iure cauetur, quod iudex potest denegare iurisdictionem. vt ff. ex quibus causis maio. l sed & si per prætorem. §. sed & si dum dedero Sed hoc argum. nihil ad propositum, quia loquuntur omnia iura suprà allegata in actore. cui post tempus cum causa à iudice præfinitum agendi potestas denegatur, quæstio autem proponitur in reo volente post tempus à iudice præfinitum exceptionem proponere, et ideò cum fauorabiliores sint rei, quàm actores, vt in regulariis, constat non procedere argumenta prædicta, quæin
14 ducuntur à simili vel pari. † Tamen probabiliter dicipo test, q aut iudex limitauit tempus cũ causæ cognitione
9 aut sine. Et si cũ causæ cognitione non possit, post tempus limitatũ à iudice exceptiones proponere. ar. ff. de re iud. l. 2. nisi vbi tempus, quod indulgetur reo per legem, limitari non possit per iudicem cum causæ cognitione Si sine causæ cognitione proponere potest, etiam post tempus in eod. tit. l. 4. §. si quis condẽnatus arg. ad præ dicta. ff de ijs qui not. infam. leg. quid ergo. §. pœna gra-
15 uior. vbi de hoc † Item quæri potest an tempus decem
F dierum F quod datur ad appellandum, possit per iudicẽ minui, & videtur quod non, per hanc regulam et per iura præallegatis. E contra quod possit. ff. de iudic. l. 2. & omnes leges superius allegatæ in quæstiõe proxima, quę inducuntur prout ponitur actorem appellare, cum is sit actor in causa appellationis, qui fuit reus in causa principali. vt dici solet in authe. de ijs, qui ingred. ad appel. §. illud quoq: col. 5. vt patet ex eo, quod pendente appellatione nihil est innouandum, vt ff. nil nouari per totũ, & C. de appel. l. 3. † Item quia iure cauetur, quod dila-
16 tiones sunt arbitriæ, vt ff. de iudic. l. nonnunquam & C. de dila. l. 1. & l. siue pars. tamen cõmuniter dicitur & te-

netur,

netur,quod cum hoc tempus decem dierũ concedatur à lege sine aliquo ministerio iudicantis tacito vel expresso quod non possit per iudicem minui argum.istius regulæ,& in auth de nup.§.si verò solum. & de re iudic. l.4.§ si quis condemnatus. Ad contraria patet responsio,quia omnia loquuntur in tempore,quod datur ministerio iudicantis tacito vel expresso id per l. intellecto cum lex non statuit,ideò tale tempus potest per iudicũ minui vel augeri. †Item quæritur potest an legitima quæ 17
debetur filio in bonis patris possit auferri G vel minui, G
per legem municipalem,& videtur quod non quia cum beneficium sit à iure concessum sequitur quod non possit auferri. vt hic, præalleg. §. si verò solùm. Item quia lex municipalis est ius ciuile, vt ff. de iusti.& iure l.ius ciuile.& l.omnes populi. Et iure ciuili iura sanguinis non possunt dimmi.ff.eo.l. iura. ergo nec legitima, quæ iure sanguinis debetur, potest auferri. †Præterea ius agnatio 18
nis non potest tolli per pactum.vt ff de pact.l ius agnationis, ergo nec per statutum siue legè municipalem, † 19
quia in ijs demum valet lex municipalis, in quibus & pactum,vt not C. de decur.lib.x.super rubri Præterea si verum est,quod in ijs demum valet lex municipalis, in quibus & pactum, vt dictum est,de necessitate sequitur, quod non possit debitum iure naturæ tollere vel minuere, †quia nec pactum potest vt C.de inoffi.testa l si quã 20
do.§.illud.item ex eo.argu.concluditur, †quia cum sit quasi pactum de futura successione, disponendo minuendo, vel tollendo in totum, sequitur, quod non valet pactum C. de pact l.pactum. & l.fi de collat.l. pactũ & de suis & legit. hæred. l. fi. Præterea legitima de bonis parentum debetur iure naturali, vt in authen. de hæred. & falcid.§.primum ita q;.col.1. & vnde lib. ff l.scripto.in fin. & de bon dam cum ratio, sed ius naturale est immutabile vt instit.de iur.natur.§.penult.& ff.de cap. diminut.l eas.ergo ius consequendi legitimam de bonis paternis erit consequenter immutabile. Oppositum huius 21
ostenditur. †quia certum est vnum ius ciuile tolli posse 22
per aliud vt instit.de iur natur.§ penul.& ff.d legul. de

quibus & l. non est nouum. & c. j. de constit. sup. eo. li. vi, sed quod portio paternorum bonorum liberis debeatur iure positiuo ciuili est inductum, non naturali, vt C. de legi. hæred. l. le. xij. tabul. & in authen. de trien. & semis. §. j. item patet in authent. de hæreditat. & falcid. §. j. & § si quis autem, nam ibi dicit. quod lex necessitatem imponit relinquendi legitimam. & legem constat esse iuris ciuilis speciem vel partem. ff. de iustitia & iure. le. ius ciuile, ergo ius ciuile imponit necessitatem relinquendi legitimã, ergo oppositum ius ciuile tollitur. absurdum enim videtur quod ius naturale, secundũ quod nihil proprium erat cum iure gentium, dominia sint
23 distincta, vt ff. de iust. & iure l. ex hoc iure patrem adrelinquendum astringat. † Item cum iure naturali & gentium ius testandi fuerit incognitum, quod patet, quia
I re l ciuili, quod est posterius, est inductum vt instit. de testamen. Item cùm ad paterna bona vocentur filij per l. iuris veteris, constat quod per hæreditatis petitionem. vt ff. de petit. hære. l. j. & iij. sed ipsa tolli potest, quia iure ciuili inducta. vt in eo. titu. l. item veniunt. §. præter hæc, ergo sublata via per quam venitur ad bona. & ipsa bona
24 tolluntur, † quia sublato medio K sine quo ad extremũ
K peruenirinon potest, & ipsum extremum in effectu sublatum videtur, nam sublata querela, per quam venitur ad hæreditatis petitionem, ipsa hæreditatis petitio sublata videtur, vt C. de inoffi. testamen. l. scimus. §. vltim. Itẽ sublato iure restitutionis, per quod peruenitur ad rescissoriam & ipsa rescissoria videtur sublata vt ff. de actio-
25 nib, & obligationib, l. in honorarijs. §. sed cum rescissa, † Item sublato iure offerendi per quod peruenitur ad pignoratitiam & ipsa pignoratitia sublata videtur, vt C. de prescriptio xxx. vel xl. annorum. l. cum notissimi. & not. ff. de dã. infect. l. si finita. §. postea autem. & quod dicitur de debito iure naturæ, debet exponi & intelligi iure ciuili, persuadente naturali coniunctione constituto, vt aliàs exponitur ff. de verbo. significat. l. pronuntiatio § familiæ, propter quæ videtur dicendum quod de rigore iuris legitima possit diminui & auferri per l. muni-

cipalem,

cipalem sed æquitas in genere tradita videtur suadere contrarium, & ideo rigor prævalet, vt dixi suprà eodem c.ij.Dyn.

ADDITIO.

Cognitione. Adde an & quando iudex possit dilatio- A
nes iuris abbreuiare, vel augere, Bart. Angel. Ioan. de Im mol. & Alex. in l.ij.ff. de re iudi & Cyn. in l.j.C. de dilat. Abb. Præp. Mediolanen. & Felyn. in c. cum sit Romana. de appel vbi Felyn in prin. ponit regulam. in sequendo opin. Bart. in d.l.ij. quod omnis dilatio legalis potest per iudicem mutari ex caussa, siue talis dilatio sit data à lege cum ministerio iudicis siue non. quicquid sentiat hic glos Ioan. Andr. à multis approbata per rationes. Bart. enim deinde ponit viij. fallen. ad regul. & vide Maria. Socin. in c.ij. de dila. col. iij. & Archid. & Card. Alex in c. de his. col j. xxxviij. dist. Bald. in l. ait. ff. de iur delib. & Decis. Capel. Tholos cxcvij. & Ange. Aret. & Ias. in §. si minus de action & Lud. Bol. in l. inj. §. si quis condemnatus. ff. de re iudic. & Lud. Ro. in consil. cccvij. & Philip. Franc. hic. & glo. in c. l. super verb. prorogetur. de auctor. fac. cõcil. in Prag Sanc. fo. 5. Sed an episcopus possit prorogare terminum indultum à lege hæred. ad implendum voluntatem testatoris vide Abb. in consil. xl. col. iiij. lib. 1. & Feder. consi. cxxiiij. & quod not. in c. nos quidem. de testam.

Per patrem. Adde quot modi sint, quibus pater potest B
filium excludere & priuare à legitima sua. de quibus per Dyn. Bar. & ibi Alex. in addit. in l. hæreditarium. ff. de bonis auth. iud. pos. & Ang. in §. prohibemus in aut. de trien. & semis. col. iij. & Cepo. in caut. xxj. cum sequen. & Bald. in le. ij. C. si quid in fraudem patro. & in l.j. C. de in off. donat. et Lud. Bolo. in l. fin. ff. si quid in fraud. patro. in suis primis interpret. & Rom. sing. Dex. incip. quidam Card.

Peruenias. Adde quid si relinquatur monacho ea con C
ditione quod nihil quærat in monasterio Bart. Bald. & Imo. in l. si alienum ff. de hæred. instit. Bart. in l. pen. ff. de stipul. seruo. & gl. Bar. Imo. & Alex. in l. Lucius. §. tres hæredes.

hæredes.ff.ad Tre. & Bart.in sua disput.incip. quidam donauit, vel reliquit monacho. & Cepol. in caut. 232. Ang. Aret.in § igitur colum.3.& §.item nobis instit.per quas personas nobis acqui.& Abb.in c.2.colum.2.de testamento. & Paul.de Cast.in d.§.tres hæredes & Bal.in l.1. C.de ijs.quæ pœnæ nomine in 7.quæst & ad not.hic per Dyn.Ang.& Ioan.Fab.in d.§ igitur. Et nota,quod licet pater in isto casu & in aliis casibus not.in dict.§.igitur et authe excipitur C. de bon. quæ liber non habeat vsumfructum. tamen habet commoditatem illius iuris.vt videtur esse text.in l.plenum §.quanquam ff. de vsu.& habi.& tenet Ang.Aret.in dict.§.igitur. versicu.sed tu aduerte.

D Vxoris. Adde an maritus sit procurator in rebus paraphernalibus vxoris vel quomodo, Alexan.in consil.42. in 7.colum.in princ.lib.1.Cyn.Bartol. Salyc. & Alex.in leg.maritus C.de procur. & Bald.in cap.ex parte.& ibi Doct.de consuetud. & etiam de consuetudine regni & patriæ Biturig.de qua vide,quæ dixi in lib.Consuetudinum Biturigum,in 1 rubrica.§.v. & vide Lud. Bolog.in suis primis interpret in l. cùm maritum C. de solut & Aret & ibi Iaf.in addit.ad Christoph. Porc in §. pen.instit.de excus.tut. An possint proponi. Adde quod notaui in apostil ad Lanfr de Oria in ca quoniam contra. §. exceptiones.num.8.in versic.reuocabitur & in apost.in versi.de sequestr. poss. vbi plenissimè. Anto. Cors.singsuis.in ver. excep. incip. si statutum & seq. & Hipp.de Marsi.singul.10.inci.tu scis.

E Non possit. Adde Bart.in l.2.colum. 2.versic.ego teneo.ff.de re iud. & in l.mancipiorum.ff.de opt. leg vbi dicit,quod probationes post terminum assignatum produci non possunt.vide Dyn.in regula.mora in fin.infra cod glos.& Cyn.in l.fi ea.C.qui accusa.non poss. Ioannem de Imol in l.quandiu ff. de acquiren. hæredit.& Salyc.in dict.l.si ea,qui distinguit aut præfixit terminũ actui iudiciali,aut extra iudiciali,et vide Inno.in c.cum in tua qui matr.accus poss.et Barto & Angel.in dict.le quandiu.& plenè per Ange.Aret.§.si minus.colum.x.

instit.

instit. dea&et Alexand. in addit. ad Bartol in dict. l. mā-
cipiorum. in 1. et 2. apost. vbi reperies multas concord. et
per Ioannem Fab. in §. qūi autem de excus. tut. vbi dicit
quod siue sit tempus statutum à lege aut homine, si de
nouo perueniant probationes ad notitiā volentis pro-
bare. potest etiam post tempus probare licet Specul. tit.
de excep. §. nunc videndum teneat contrarium in tem-
pore præfixo ab homine. vide Abb. in capit pastoralis
4. colum. & ibi Felyn colum. vlt. versicul. item colligē.
et colum. sequent. de except. et Bald consil cccxvj. in 4.
volum. & sing. Maria. Socin. in repetitio ca. venerabi-
lis, col. 21. ptin. art. deiud et Alexand. in l. si insulam. co-
lumn. 10. in fin. ff. de verborum obligatio vbi dicit opi-
nio. Bartol. communiter in dict. l. mancipiorum. repræ-
hendi in termino præfixo ab homine, secus si iure. quia
tunc non auditur post tempus, & vult Baldus in leg. dif-
famari C. de ingen. man. & in dict. l. si insulam. in 5. fal-
lent. & vide Iaso. in repet. l. admonendi colum. 3. ff. de
iureiur. & singul. Do. de Rot. in decis. ccccixvij titul. de
prob. in nouis. Adde ad materiam huius apostil. & prin-
cipalis quasi titul. textum in l. cum. Titia. & quod ibi
posuit in apostil. ad ipsum in ver. stat minus certum tem
pus reo. ff. de accus. et dixi aliquid post Bar. in l. statu libe
rum. §. Stichum. ff. de legat. 2. & Thom. Ferrarium in suo
tracta. cautelarum, caute. xlvj. incipien. sæpissimè litigan
tes. & Gerar. de Petra sancta sing. 96. incip. not. aut Bar-
tol. & Doct.

Dicrum. Adde an tempus datum ad appellandū pos- F
sit per iudicem minui glo. & Doct. in auth. offeratur C.
de lit. contestat. & Bar. & Alex. in l 2 ff. de re iudic. Abb.
& Fely. in c. cum sit Romana. de appellat. Bar. & Bal. in
auth. qui semel. C. quòmodo et quando iudex et gl. in c.
1. de auth sacro Concil. super verbo prorogetur. folio. 5.
io prag. Sanct. et Doct. suprà proxi in 1. addit. alle. et tex.
gl. & Doct. in clem si appellationem de appel. et in c. per
sonas. et ibi omnes Scriben. cod. tit. in antiq.

Adde omninò de materia huius apostil. Rom sing.
162. incip. hoc nesciunt legistæ.

Auferri

G Auferri. Adde Bal. in l. cum lege num. 2. & ibi posui in addit. ad ipsum in ver. vtrum per statutum. C. de episc. & cler. Iac. Rebuf. in rub. C. de decur. lib. x. num. 8. & 9. & ibi not. post eum in ver prætextu statuti. Panor. inc. Raynut. num. 12. post quem etiam addidi in vers. statutum. de testa. Fely. in cap. eccle. sanctæ Mariæ nu. 5. colu. iij. versic. cæterum quæritur communiter ff. de constit. Roma. sing. Dcx. incip. quidam Cardin. & Alexan. consil. ccxciiij. secundum maiorem nume. vol. j. Cyn. in leg. sancimus. C. de nup. & Salyc. in auth. nouissima in xj. q. & ibi Fabianus. de Giochis de monte Sabino. in xvij. quæstio. multum sing. & ibi Iaso. columna penult. C. de inoffi. testament. & Bartol. & Imol. in l. Titio. §. Titio genero. ff. de condit. & demonstra. Baldus in l. cum lege. & in authen. C. de episcop. & cleric. & in consil. exxv. in fin. lib. 5. & in consil. cccliij. lib. ij. & Alexand. consil lxxv. lib. j. column. ij. versic. accedat. & do. Card. Alexand. inc. i. de matrimo. ad Morgani. contra in vsibus seu. colum. x. & Bald. in. leg. sancimus. & Ang. & Bald. in l. j. §. ius naturale in fin. q. vltim. ff. de iusti. & iur. & Bald. in leg. fin. § si in autem æs alienum. per illum text. C. de bon. quæ lib. & Albe. de Roza. in ij. parte statutorum in quæstio. ciiij. cum sequen. & Dom. de Rot. in decis. xviij. in antiq. in cap. item fuit dubitatum, & Paul. de Cast. in cons. 46. in nouis. & Bart. in consil. lxxij. column. ij. versic. secundò probatur. Ioan. And hic in Mercuriali & in Addit. Spe. in rubri. de suc ab intest. & in cap. Raynutius de testam. & Old consil. cvj. & in consil. cxxxij. & Bart. in authen. de hæred. & falc. circa fin. in princip. & Ang. in leg. Papinianus §. quarta. ff. de inoffi. test & Alex consi. lv. lib. ij. & Ludo. Roma. consil. xxx. & pulchrè Card. Alex. in cap. ius naturale. colum. iij. versic. glos. iij. in verbo concess. j. dist & Roman in consil. cxxxiij. & Bal. in consi. ccxlvij. in princip. lib. ij & Anno in c. quæ in ecclesiarum. de constit. & Abb. in cap. fin. col. fi. de consuet. & latius in cap. Ray & Raynal. de test. & do. de Ro decis. xviij. tit. de consuetud. in nouis. & multum amplè. Abb. in consil lxiij. column. ij, lib. j. & in consi. lxvv. colum. penul. in fin. eo. lib. &

lib. & Bar. in l. de quibus colum. iij. ver. opp. quod indistinctè ff. de legi. & Decis. Capellæ Tholosa. cccccxxxvij. multum notabiliter. Decis. Parlamenti Gratianop. Delphi. quæst cccclxxvj. & Angel. in consil. ccc. & latius in consil. cccxlix. & quæ dixi in §. ij consi. ix. & in addit. de test. lib. Consuet. Biturig fol. cxviij. Adde nouissimè Deci. qui hoc latè disputat, in leg. Iura sanguinis vers. similiter. ff. eod.

Iure. Adde quo iure ius testandi fuit inductum Christoph. Porc. & Franc. de Aret. in addit. Ang. de Aret. inst. de testamen. in prin. & Bar. in l. interdum. ff. de condict. indeb. & Alex. consil. xij. col. ij. versi. nec ad hoc. lit. r. j. & in consi. lxxxvij. col. xiij. ver. nec ad hoc. lib. ij. & Abb. in consi. lxiij. lib. j. L

Sublato medio. Adde eundem Dyn. in cap. Cum quid prohibetur. numer. 2. 4. & 7. infra eodem, quibus locis plurima alia refert exempla, vnde hoc dictum confirmatur. F. C. K

In Regul. Non firmatur. Argumenta.

1 *Sponsalia inter minores septem annorum contracta an teneant.*

2 *Matrimonium per duos impuberes contractum, vel per vnum puberem, & alium impuberem, an valeat.*

3 *Beneficium cum cura impetratum ab eo, qui non est legitimæ ætatis, non confirmatur eidem accessione ætatis.*

4 *Tempus datæ literarum attenditur in beneficijs.*

5 *Sententia nulla non firmatur tractu temporis.*
Institutio hæredis principio inutilis non validatur successu temporis.

6 *Institutio hæredis incapacis non firmatur eo facto capaci.*

7 *Legatum à principio inutile, non validatur tractu temporis.*

8 *Stipulatio quæ fit de re sacra non firmatur eadem effecta prophana.*

9 *Seruitutis constitutio facta vno sociorum non consentiente,*

vali-

validatur accedente consensu, & num. 13.

10 *Inutile initio quando validetur per decursum temporis. & nu. 12.*

11 *Testamentum inutile ab initio non confirmatur tractu temporis.*

REGVLA XVIII.

NOn firmatur tractu temporis, quod de iure ab initio non subsistit.

1 †Si duo minores septem annorum contraxerint spõ-
salia, non tenent ab initio de iure, nec solo tractu tempo-
2 ris confirmantur. †Item si duo impuberes, vel vnus pu-
A bes & alter impubes A nõ proximi pubertati, & in qui-
bus ætatem malitia non suppleat, contraxerunt matri-
monium per verba de præsenti, non tenet ab initio de
iure, nec confirmatur solo temporis tractu, supra de de-
3 spons. impub. c. 1 lib. 6. †Item si aliquis impetrauit bene-
B ficium B cum cura, tempore quo non erat in ætate legi-
4 tima, licet postea fiat ætatis legitimæ, impetratio non
C confirmatur, †sed tempus datæ C literarum solũ atten-
5 ditur supra de rescrip. c si eo tempore lib. 6. †Item sentẽ-
D tia, quæ nullo est ipso iure, non confirmatur D aliquo
temporis tractu. ff. de appel. l si expressum. Item institu-
tio hæredis, quæ ab initio est inutilis propter personam
testantis, quia fortè erat impubes, non conualescit, licet
postea fiat pubes, vel si erat seruus, non conualescit, li-
cet postea fiat liber. vel si erat filiusfamilias non conua-
lescit, licet postea fiat sui iuris. Item si erat furiosus non
E firmatur, licet postea fiat mentis compos. Item si erat ca-
ptus ab hostibus, non firmatur, licet postea redeat. E Et
hæc omnia probantur. ff. de testam. l. si filius. et l. eius &
6 de leg. 3. l. 1 §. 1. †Item si erat inutilis propter personam
hæredis scripti quia erat non capax, non firmatur, licet
postea fiat capax & hoc vult regula posita. ff. eodẽ l. pe.
Item testamentum & omnis voluntas alia quæ est ab in-
itio falsa tractu temporis non firmatur, vt C. de falsis.
leg. sicut. †Item legatum quod est ab initio inutile pro-
7 pter personam legantis tantùm, vt quia nõ poterat te-

stari,

ſtari, & conſequenter nec legata relinquere, vt ff. de lega. j. l. ij. vel propter perſonam legantis & legatarij: vt quia legat teſtator ſeruo ſuo, vel legat hęredi à ſeipſo, vel propter perſonam legatarij, & eius à quo præſtandum relinquebatur: vt quia legat ſeruo hæredis: vel ratione rei legatæ. vt quia legantur marmora & columnæ ædibus injunctæ. non firmatur tractu temporis, etſi cauſſa impedimenti F remoueatur, vt ff. de re Cato. l. j. in prin. & de- F
leg. j. l. cætera. §. j. C. de leg. l. ſeruis. & inſt. de l. §. an ſeruo.
† idem in ſtipulatione, quia ſi ſtipulor rem ſacram, ſtipu 8
latio non firmatur, licet fiat prophana. Item ſi ſtipulor
hominem liberum, non firmatur ſtipulatio, licet tractu
temporis fiat ſeruus, vt ff. de verb. oblig. l. inter ſtipulan-
tem. §. ſacrum. Sed contra regulam videntur multa ob-
ſtare & maximè. ff. de ſeruit. ruſt. præd. l. per fundum. 9
& commu. præd. l. receptum. vbi conſtitutio ſeruitutis
facta per vnum ſociorum, non tenet ab initio. poſtea ta-
men firmatur alijs conſentientibus quandocunq; Item
C. de contract. iudic. l. vnica. vbi data in officialem inuti-
liter collata tractu temporis firmantur. & C. de nup. l. &
ſi contra mandata. & ff. de ritu nup. l. ſi quis in ſenato-
rio. Item de leg. iij l. j. §. ſed ſi filius vbi legatum, quod eſt
ab initio inutile firmatur temporis tractu. Item de hæ-
red. inſt. l. qui ſoluendo, vbi inſtitutio quæ erat inutilis,
confirmatur tractu temporis Item de condit inſtit. leg.
mulier. §. j. vbi manumiſſio, quæ ab initio fuit inutilis,
confirmatur temporis tractu. Ad quæ omnia dicunt le-
giſtæ volentes ſoluere generaliter, quod illud † quod ab 10
initio de iure non tenet, non firmatur temporis tra-
ctu ſolo, G & ita intelligunt regulam ff eo. l. quod ab in- G
itio. & l. pe. Sed alijs adminiculis cõcurrentib. quod non
valet ab initio, ex poſtfacto firmatur. Et ita intelligunt
omnia ſupradicta iura, quæ videntur regulæ contraria,
quæ ſolutio, licet communiter teneatur per omnes, non
procedit de iure: † quia ſi quis teſtatur impubes & mori 11
tur factus pubes, adminiculum ſuperuenit, & tamen te-
ſtamentum non confirmatur. Si teſtatur filius fa. & po-
ſtea fiat ſui iuris, adminiculum ſuperuenit, & tamen te-

ſtamentum non confirmatur, idem in furioſo, licet poſteà fiat ſanæ mentis. Idem in capto ab hoſtibus, ſi poſteà redeat ab hoſtib. Idem in re mea, quæ mihi purè legatur. Nam licet adminiculum ſuperueniat, quia deſinit eſſe mea, non firmatur legatum. Idē in re ſacra, quæ poſtea fiat prophana: & in homine libero, qui poſteà fiat ſeruus. Nam in his omnib. ſuperuenit adminiculū, quia ceſſauit cauſſa impedimenti: & tamen, quod ab initio fuit inutile, non firmatur temporis tractu † Et ideò clarius poteſt dici ad omnia quòd aut durat cauſſa impediens, aut ceſſat, & nulla ſuperuenit confirmans: aut ceſſauit, & ſuperuenit confirmans. Primo enim caſu regula ſimpliciter vera eſt: quia quod ab initio non valet, tractu tēporis non firmatur: vt hic & ff. eod. l. quod ab initio, et l. pe & de fal. l ſicut. et ff. de appel. l. ſi expreſſim. Secundo caſu ſcilicet quando ſolùm ceſſauit cauſſa impediens, non ſuperuenit cauſſa confirmans, idem: *quia* quod ab initio non tenuit, non cōfirmatur: vt ff. de ver. oblig. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. et de teſt. l. eius. & l. ſi filius. & de l. j. l. cætera. §. j. C. de leg. l. ſeruis inſtit. de leg. §. an ſeruo. et ſupra de reſcrip. c. ſi eo tempore. Inter tio caſu quando ceſſauit cauſſa impediēs, & ſuperuenit
H confirmans, tunc regula locum H non habet: vt patet ſi
13 quis benè intellexerit in omnibus cōtrarijs ſupradictis. Nam in l. per fundum. & l. receptum † defectus conſenſus ſocij, reddebat conſtitutionem ſeruitutis inutilem. Et ideò quia ceſſauit defectus. et ſuperuenit conſenſus, confirmatur cōſtitutio ſeruitutis, Itē C. de contract. iud. l. j. impedimētum donatiōis erat officiū ideo quia ceſſat officiū et ſuperuenit volūtas expreſſa vel tacita, ex tēporis diuturnitate præſumpta cōfirmatur donatio. et idēin l. et ſi cōtra mandata, et in l. ſi quis in ſenatorio. et in l. j. §. ſed ſi filius. ff. de leg. iij. & in l ſi deportati ſeruo. & l. mulier. § j. ff. de condi. inſtit. & l. j C. ſi maior. fact. fuer. & in l. q̄ in rerū §. j. ff. de lc j l inutilit. r. eo. tit. & ſuprà de deſponſ. imp. cap. j. quia ibi ceſſauit cauſſa impediēs, ſcilicet minor ætas, & ſuperuenit cauſſa cōfirmās, id eſt, nouus cōſenſus, per verba expreſſa vel per alios no

uos

uosactus extrinsecos declaratos. & idem in l. tribunus. §. vlt. & l. si filius. ff. de testam. & in omnibus alie in qui bus cauetur, quòd inutile à principio tractu tẽporis cõ firmatur. Itẽ contra regulam videtur. ff. de reg. Cato. l. j. & ij. Scribunt Legistæ ff. eo. l. quod ab initio, quod specialia sunt: tamen nihil est: quia text. aliter soluit in præalleg. l. j vers. quę definitio. ff de reg Catonia. dicit enim quod multum refert vtrum aliquid purè concipiatur in utiliter, & tunc tractu tẽporis non firmatur: aut sub conditione, & tunc pendente conditione non potest inutile dici cum sit nullum. & ideo non impeditur effectum assumere per conditionis euentum, cùm quod nullum est vtiari non possit. ff. de iniusto rup. testamen. l. e. nam & si sub conditione.

ADDITIO.

Impubes. Adde quo modo matrimonium contractũ inter minorẽ & maiorem conualescat, pulchrè. Bal. con si. cccxiiij. incip. incipiam à radice lib. j. vbi ponit intellectum. c. j. de despon. impub. lib. vj. & per Bal. consi. cccxcix. eo. lib. & in consi. ccccxxviij. vbi etiam vide, quid inter duos impuberes. & Abb. & præpos. Mediola. in c. de illis. in j. de despon. impub, & Ioan. Lup. de Hispania in tract. suo de sponsa & matri. §. quæ ætas requiritur. & quę no. decis. Cap. Tholos. clx. & pulchrè Cal. in cons. ij. titu. de sponsal. & matr. vbi ponit de duobus minoribus, q vide quia singulare. A

Beneficium. Adde gloss. sing in dict. c. si eo tempore, super verbo, tũc. & glo seq. & ibi Gemin. de rescrip sup. eod. lib & Dyn. sup. in reg beneficium in vj. q. & quæ ibi dixi. B

Datæ Adde quando tempus datæ literarum attenda tur, in regula qui prior infra eo. & quæ ibi dico. & Pan. in c. dilectus, & quod ibi posui in addi. ad ipsum in vers. tempus datæ de præb. Gem. post quem dixi in apost. in c. si cui. nu 60. in vers. tempus datæ de præb. lib. vj. & dixi plenè post Franc. in c. dispendia. §. reus. nu. 2. in vers. tẽpus datæ de rescrip. lib 6. C

D Confirmatur. Adde an sententia ipso iure nulla per appellationē, si per iudicem appellationis cōfirmetur. validetur, Bart. post Dyn. in d. l. si expressim. colum. ij. in ij. quæst. & ibi Alexand. n addit. & gloss. in l. j. & Cy. in v. quæst. Bart. & Bald. colum. 3. C. quando prouo. non est necesse.

Redeat. Adde an testamentum factum apud hostes
E valeat, si testator redeat ab hostibus, Bar. & Franc. de Aret. in l. eius. in princ. ff. de testa. & rationem ibi vide per Fran. Quid de mercatore vel alio, qui apud Barbaros aut Venetos, vbi non seruatur forma iuris, fecit testamentū & ibi decessit? vide Bart. in l. j. in q. iij. & ibi Alexand. in addit. & Mod. C. de sum. Trin. & Bald. pulchrè in l. ius ciuile. colu. ij. ver. & not. & latius in l. si non speciali. & ibi Alex. C. de testa & Bal. in consil. cccxx. colum. ij. ver. rest. lib. j. & in consi. cxl. vol. ij. & celebre in consi. ccxlviij. cū seq. lib. iij. & Old. in consi. ccxlviij. & Alexan. in addit. ad Bar. in d. l. j. C. de sum. Trin. quid de testamēto facto in portu Saracenorum, an dicatur factum in terris Saracenorum: & determinatum fuit, quòd non, quia portus est publicus, & ita Christianorū sicut & Saracenorum, vt not. Bald. in rub. de re. diuis. column. iiij. ver. sed quæritur an portus, & Angel. in §. litorum in fin. inst. de re. diuis.

F Impedimenti. Adde quod ædibus affixa marmora legari non possunt, nec reconualescit, licet postea ab ædibus separentur, vt leg. Cætera. hic allegata, quòd limita
3 quinque modis. vt ibi per Alexand. & benefaciunt, quæ dixi in quodam consil. incip. Iaquilina. in tertio dubio.

G Tractu solo. Adde gloss. & Bart. & Flor. de S. Petro in l. per fundum. ff. de ser. rust. præd. & pulchrè Bari. tenentem hanc solutionem post gl. ibi in l. cùm vir. colum. ij. ver. opp. ff. de vsucap. & Bald. in l. j. col. ij. C. si seruus extero & Bart. in l. pluribus. §. j. ff. de verb. oblig. & text. & ibi Aret. in §. j. inst. de inut. stipul. & Spec. titu. de arbit. §. ij. vers. quid si pendente, & Bart. in l. cætera. in prin. ff. de leg. j. & not. quod quādo testamentum deficit ex per

sona testantis, quia est intestabilis, non reconualescit postea, vt in personis hîc per Dyn. enumeratis. & vide pulchrè per Bart. in l. j. & ibi Bald. ff. de leg. iij. & Bald. in l. j. colum. x. C. de sacro. eccle. & Aret. instit. quibus non est permiss. fac. testa. in prin. in fin. & in § non tamen. in j. not. quib. mod. infir. testa an autem testamentum per filium patre existente deportato rescindatur patre restituto. Bart. in l. fin. de senten. pas. & restit. dicit, quod ita. secus autem in contractibus inter viuos, quòd repræhēdit ibi Lud. Bolo. in suis secundis interpret. per illū text. vers. ita tamen vt gesta per filium. &c. dicens, quod siue sit testamentum, siue contractus inter viuos, omnia valent, nec irritantur per restitutionem patris ad patriā, vt ibi per eum. Et vide Abb. in consi. cviij. lib. j. & Ro. in consi. ccccclx. an contractus inualidus ratione personæ contrahentis prohibitæ cessante inhabilitate validetur: & adde hic Dyn. & Bart. in l fin. ff. de so.

Locum. Adde quod ista regula non procedit vbi actus non fuisset omninò nullus: nam si quo respectu valeret, vtique conualescceret. Item nec quoties tractus temporis esset adeò longus, vt eius initij memoria non extaret, vt tradit Deci. in leg. quod in initio. ff. eod. C. F. H

In Regul. Non est sine. Argumenta.

1 *Iudicans malè per imperitiam quando sit in culpa.*
2 *Medicum se asserens, præsumitur in culpa, si peccet in cura.*
3 *Culpa non caret, qui rei non intellectæ se immiscet.*
4 *Mensor tenetur tantum de dolo & culpa lata.*
5 *Inuadens possessionem vacantem dicitur esse in culpa.*
6 *Prohibere valens læsionem, anteneatur, si non prohibuerit.*
7 *Gerenti negotia aliena sine mandato, an competat actio.*

REGVLA XIX.

NOn est sine culpa, qui rei, quæ ad eũ non pertinet, se immiscet.

1 †Si quis asserit se iurisperitum, cùm Canonici & Ciuilis sit iuris ignarus, & prætextu assertionis fuerit assumptus in iudicem, si per imperitiam malè iudicauit, A videtur fuisse in culpa, quia se immiscuit rei ad se nõ pertinẽti, & propterea iure cauetur, quod ipse tenetur actione in factum, in quantũ religioni iudicantis videtur æquum. ff. de var. cogn. l iudex. & de act. & obl. l. ex maleficijs. §. si iudex. & instit. de oblig. quæ ex quasi delinaſ. in prin. †& idem dico in eo qui se asserit medicum, cùm medicinam ignoret, & per imperitiam aliquem lædit. vt ff. de offic. præsid. l. illicitas §. sicuti & inst. ad l. Aquil. § imperita. Idem in quolibet artifice asserente se peritum cùm sit imperitus: †quia culpa est immiscere se rei ad se non pertinẽti: vt ff. de locat. l. si quis fundum. §. Celsus. & l. item quæritur. §. si gemma. & ad l. Aquil. l. idem iuris in fin. †fallit in menſore, qui de dolo tantũ tenetur & si imperitã versatus fuerit, sibi enim imputari debet, qui eum adhibuit, nisi fuerit in lata culpa quæ dolo assimulatur. ff. si mens. fal. mo. dix. l. j. §. hæc actio, †Idem in eo, qui inuadit possessionem vacantem: quia cùm sciat eam ad se non pertinere, videtur fuisse in culpa. B & propterea tenetur. C. vnde vi. l. fi. Sed †nunquid ille, qui potuit impedire ne alius læderetur, & non impediuit, tenetur? C De iure canonico D planum est, quod tenetur: quia non impediendo, cùm posset: videtur participasse delictum, seu fauorem præbuisse deliquẽti: vt suprà de sentent. excommu. c. delicto. de iure autem Ciuili, videtur prima facie, idem quod de iure Canon quia iure cauetur, quod si seruus sciente domino & non prohibente, cùm prohibere potuerit, occidat, dominus occidisse videtur, ff. de noxa. l. ij. in princ. Item qui præpositum suum non protexit, cùm posset, in pari causſa factionis est habendus. vt ff. de re milit. l. omne delictũ. §. qui præpositum. Sed contrarium huius determinatur. ff. co. l. culpa

l. culpa caret qui scit, & prohibere non potest. text. tamē illius l. contrarium arg. à cōtrario sensu sumpto: quia si culpa caret, qui prohibere non potest ergo si prohibere potest, videtur esse in culpa. tamen pro illa opin induci posset: quia iure cauetur, quòd seruus, qui potuit opē ferre domino, & non tulit, capite punitur. vt ff. ad Sill. l. j. §. eodem autem. tamen libero homini, vel de proximo ex caussa fideicom. liberando: non imputatur. si opē ferre potuit, & non tulit, vt ea. l. j. § sed in eo. Item videtur ista regula impedire officium tractatus, ff. de nego. gest. † quia cùm gerens aliena negotia sine mandato sit in culpa, deber sibi actio denegari: tamen consueta est & facilis solutio: quia cùm naturaliter homo homini officiū debeat, vt ff. de seruis expor. l. seruus ea. l. magis suum officium videtur adimplere, quàm culpabiliter rei alienæ se immiscere, quia appellans pro damnato facere rē suā videtur, quasi sua interfit ratione illius officij, & cognationis, quam inter homines natura constituit, vt ff. de iustit. & iur. l. vt vim. & de appel. l. non tantùm, & quando appel. sit l. ij. §. fin. Dyn.

ADDITIO.

Indicauit. Adde pulchrè Bart. & Alex. ibi in addit. in l. si iudex ff. de var. cog. quando per imperitiā iudex malè iudicauit. & Bartol in sua disput. incip. iudex per imperitiā. & Bal. in c. j §. iudices & ibi Card. Alex. de pact. iur. fir. & Bart. Bald. in l. si filius familiàs in princip. ff. de iudi. & Innoc. & Abb. in cap. super eo, quod met. cau. & Ang. Aret. & Ioan. Fab. instit. de obli. quæ ex quasi deli. nasc. in princ. Ange. de Perus. in l. ex maleficijs § si iudex & ibi Bartol. ff. de act. & obl. Bartol. Bald. & Alexand. in l. ij. ff. quod quisque iuris, & not. quòd iudex malè iudicans tenetur ex quasi maleficio, vt hic per Dyn. & in iuribus sup. alleg. sed medicus malè secans vel iniquas medicinas propinans tenetur ex malefic. vt instit. ad le. A. quil. §. imperitia. aliàs, præterea si medicus & ibi Io. Fab. & Ang. Aret. in d. tit. de obl. quæ ex quasi Bart. & Bald. in leg. illicitas. §. sicut hic allegat & text. & ibi Doct. A

in l. penult. C. de condict. ob cauſſam dat. & ad prædicta & omnia exempla hic per Dyn. poſita. vide ſingul. Inn. Abb. & Felyn. in c. tua nos. de homicid. & quid de aduocato, an teneatur de imperitia, vide ibi Fely. pulchrè in princip. & Guid. de Suz. in l. idemq;. §. ſi quis ea. ff. manda. & Spec. in tit. de aduoca. §. vlt. colum. vlt. verſi. quid ſi per imprudentiam. & tit de requiſitione conſilij. §. j. verſic. conſiliarij, quid de imperitia notariorum, vide Bald. conſi. x. in princip. lib. 3. vnde dicit gloſ. not. quam ſequuntur Cyn. & Bal. in l. fin. C. de fideiuſſ. quod ſimplicitas notariorum non debet nocere partibus. & ſunt vt pica vel pſitacus, qui ſtãt in palatio dominorũ quiloquuntur ſine intellectu, vt per Rom. in ſuis ſing. fol. 3. & de ipſis vide gloſ. Ioan. de Plat in l. generali. C. de tab. li. x. & Bald. in l. fin. C. de eden. col. penult. & Alexand. in l. argentarius. §. cum autem. colum vltim. & ibi Lud. Bolog. in ſuis primis interpretationibus. ff. de eden. vbi dicunt notariũ teneri ad intereſſe partis propter eius culpam, & quando quis teneatur de damno dato per imperitiam. vide Abb. Sicul. in c. fin. de iniur. & de damno dato, & Card. do. Ant. in ſumma confeſſionali. tract. de reſtit. Et de iudic. vide Rom. in ſuis ſing. fol. 5. col. ij. verſic. iudex qui admittit. & Luduic. Bolo. in d. l. fi. de var. cog. primis interpret. & Fely. in c. excommunicamus, in fin. de hære. & Bal. in conſi. lix. ante fin. lib.

B Culpa. Adde, quòd fallit in fabro & operario, qui excuſatur ſi laborat in re alterius quàm conducentis ex quo facit de mandato eius, vt eſt gl. ſing. & ibi Bart. & in ad. dit. Alex. Ang. Bald. Luduic. Bolog. in l. in rem. §. tignũ. ff. de rei vendic. & Alexand. in l. de pupillo. §. nuntiationem. col. iiij. ff. de no. opor. nuntia. quod limit. vt ibi per Luduic. Bolog. & Alexand. in d. §. tignum in addit, ad Bald. & vide Ang. Aret in §. cum in ſuo inſtit. de rer. diuiſ. & Salyc. in leg non idcò minus. C de accuſ. & Imol. & Luduic. Ponta. in d. §. nuntiationem. & Pau. de Caſt. in conſi. cccclix. in antiq. & Alex. conſi. 26. col. 2. lib. j. & Felyn. in cap. vniuerſitatis. column. j. de ſentent. & excommun & Bartol. in leg. non ſolùm. § ſi mandato col.

ij. ver.

ij.ver.circa primum dic.ff.de iniur. & ibi Alex.in addit. circa fin.

Teneatur. Articulum istum copiosè disputat. Deci. C
in l.culpa caret.ff.eod. F. C.

Canonico. Adde an ex sola scientia quis teneatur, quã do non impediuit, vel non reuelauit. text. & ibi Inno. & Abb. & Bellenzi. in addit. in c.quantæ.de sent.excomm. & Bar.in l.j.§.sed in eo.ff.ad Sylla.vbi dicit.quòd si quis occidit alũ me præsente,& non adiuuante,non tenetur. arg.gloss.j l.culpa caret.ff.eod tit.sed Paul.de Cast. in l. fin.C.de ijs quib.vt indig.hoc limitat.vt ibi, vide per eũ & Bern.in addit.Abb.in d.c.quantæ.& vide Bart.in d.l. culpa.& in d.l.j.§ occisorum.ff.ad Silla.& latius in l. vtrum.in c.& ibi Alex.in addit.ff.de paric. Bar.& Bal.in l. metum.§.sed licet.ff.quod metus caussa.& Bar.& Bald. in l.vt vim.colum.ij ff de iusti.& iur.& Ang.Aret.in §. iuris præcepta.instit. eo.& Lud Rom.consi.cxvij,text. & gloss in can. non in inferenda 23.q iij.& Archi.in ca. negligere.ij.q.vij.& Ang.Aret.in tract.Malefi. in gloss. che ay tradito la patria tua.colum.ij.& Spec.tit.delapsis & disput.§.iuxta versi.quid si potui.& versi.quid si amici mei.& Bal.in prooẽm.decret.column.5.ver.in formatur.& Cepol.in consi lv.colum.2.in fin.& Ang.in cons. lxvij Fel.in d.c.quantæ Io.And.& Io.de Anan in c.Petrus,de hom.& Flor.in l.ait.lex.ff.ad l.Aquil Ang in l j. C.de Nili.agger.non rump.& Salyc.in l.j.C.de rap.virg. & Bal.in repe.l.j.C.vnde vi.& Abb.in cap.j.colum.pen. de restit.spol.sed opin.Bar.in d.le,vtrum reprehenditur per Bald.in quodam eius consil. in quo dicit animam Bart.in inferno propter illam opin.cruciari.vt referunt Alexand.Ang.Aret.& Felyn.in locis sup.alleg. & illud consi.Bal.non potui inuenire,& vide Ang. Arimin. & Ber,Landr.in additio.ad Angel.Aretin.in tracta Malefic.& Rom in suis sing fol.40.colum.j.ver. nunquid.& Lud. Bolog.in l.Metrodorum. in primis interpr. ff.de pœ.& Cyn.in d.l j.C.vnde vi. & Bart.in authent. vt de functorum funera.colum.5.& Felyn.in cap.qui alios.de hæret.qui ponit regulam cum pluribus fal.& in cap.de offi-

offi. de leg. & Saly. in l. quisquis. C. ad l. Iuliã maiest. sed aduerte secundum Bal. in d. l. non ideò manus, quòd nõ debet sibi denuntiare personam, quæ debet ipsum offendere ratione scandali. & Bald. idem in l. manda. in fin. C. manda. & Bar. & Alex. in additio. in d. l. non solùm §. si mandato. in quæst penul.

In Regul. Nullus pluribus. Argumenta.

1 *Exceptionem vnam proponens an possit aliam postmodum opponere.*

2 *Exceptiones plures an possint simul proponi.*

3 *Conuentus de pauperie si neget quadrupedem suum esse, non potest conuictus, eum pro noxa dare.*

4 *Possessio auferetur neganti se possidere, si de mendacio conuincatur.*

5 *Conuentus hypothecaria, si negat rem esse debitoris, probare dominio priuatur possessione, nec auditur si velit probare sibi prius fuisse obligatam.*

6 *Negans scripturam suam, vel numerationem sibi factam conuictus non potest allegare solutionem,*

7 *Exceptiones contrariæ proponi nequeunt sine mendacio.*

8 *Exceptiones contrariæ qualiter proponantur.*

9 *Reus in exceptione dicitur agere.*

10 *Rei quare fauorabiliores sint quàm actores.*

11 *Cumulationis natura quæ. & numero 27.*

12 *Cumulatio actionum quando admittenda, & quando reijcienda. & nu. 43. 57. & 59.*

13 *Casus cuius euentus nihil operaretur, non est considerandus.*

14 *Absolutoria, quæ in prima petitione fertur, quando pariat except. rei iud. in secunda.*

15 *Incertus non debet esse melioris conditionis quam certus.*

16 *Actor litem contestanda conditionem suam non reddit deteriorem,*

17 *Appellatio reducit causam ad statum quo erat ante sententiam.*

18 *Appellationem interiectam, & litem pendere, paria sunt.*

19 Appel-

19 *Appellationem rectè fuisse interpositam ex pluribus causis ostendi potest.*

20 *Actiones plures contrariæ non possunt simul proponi.*

21 *Actiones duæ, in quarum vna sententia lata pareret exceptionem rei iud. in altera non, cumulantur.*

22 *Falsum & inofficiosum an sint contraria, & cumulentur.*

23 *Petitorium & Possessorium an sint opposita, & electione tollantur.*

24 *Absolutoria in petitorio an pariat exceptionem rei iud. in possessorio. & nu. 34.*

25 *Actio hypothecaria an concurrat cum personali. & num. 36.*

26 *Absolutoria super actione personali an pariat except. rei iud. super hypothecaria. & nu. 36.*

27 *Actor incertus propter factum aduersarij quæ actio sibi competat, potest plures actiones eodem libello cumulare.*

28 *Absolutoria in rei vendicatione, an pariat exceptionem rei iudicatæ contra eundem in actione personali.*

29 *Actione in rem pendente non potest actio personalis proponi.*

30 *Actio ciuilis & criminalis an cumulentur.*

31 *Actio de peculio contra serui venditorem data non est ei cõtraria. quæ datur contra emptorem.*

32 *Libertas non petitur ex duabus causis simul.*

33 *Contrarea eorum diuersæ species, & quæ ex eis mutuo se expellant,*

34 *Dominij caussa separata est à caussa possessionis & vsusfructus formalis.*

35 *Sententia in caussa proprietatis non obstat in petitione vsusfructus.*

37 *Conceditur aliquid ab initio, quod ex postfacto denegatur.*

38 *Conclusio petitionis attendenda magis quam ipsa petitio.*

39 *Absolutoria lata in ciuili quando pariat except. rei iud. in criminali vel è conuerso.*

40 *Absolutoria ab indebito exceptionem parit in altero.*

41 *Sententia lata pro fideiussore quando prosit principali.*

42 *Necessitati non subest, quod in mera potestate est.*

44 *Iuditium vniuersale omnia includit peculiaria.*

45 *Petens totum an possit postea partem petere.*

46 *Vsuræ non debentur, ne prius sors debeatur.*

47 *Exceptio rei iudicatæ ita rerum diuersitate impeditur, sicut & personarum.*

48 *Caussa in reali quando vltra expressum extendatur.*

49 *Actio vna quando altera non tollat.*

50 *Absolutoria lata super continente aliquid, quod non sit pars eiusdem, parit exceptionem rei iudicatæ etiam in contento.*

51 *Absolutoria in dominio parit exceptionem rei iudicatæ in vsufructu.*

52 *Absolutoria in petitione hæreditatis lata, exceptionem rei iudicatæ parit in rebus singularibus.*

53 *Pater ex contractu filij minus tenetur quàm filius.*

54 *Cumulatio actionum impeditur, cum ex eádem causa adidé agitur.*

55 *Expressio rei plus in processu operatur, quàm expressio caussæ.*

56 *Absolutoria, quæ in rei vendicatione fertur, an pariat exceptionem rei iudicatæ in hypothecaria.*

58 *Actio arborum furtim cæsarum intendi potest contra absolutum ab actione ex locato.*

60 *Absolutoria lata in vna caussa quando pariat exceptionem in altera.*

REGVLA XX.

NVllus pluribus vti defensionib. prohibetur.

A †NAM si negaui me debitorem ad mei defensionẽ,
B A & sic proposui exceptionem facti siue intentionis, nihilominus possum postea proponere exceptionẽ pacti & rei iud. & alias, vt in regula iuris. nemo ex ijs in prin ff. eo. Item si primo proposui exceptionẽ pacti vel iuris iurandi, possum postea proponere exceptionẽ rei

iud.

iud.vt ff.de exce.l.is qui.†item & simul possum propo- 2
nere plures exceptiones,C vt pacti,iurisi urādi.& rei iu. C
vt ff.de excep.l.nemo prohibetur,est ergo effectus regu
læ,quod simul & diuersis temporibus proponere possū
plures defensiones,quib.omnib.mediantib.vel altera ea
rū excludetur intentio actoris.Sed opponitur,& videtur
quod si proposui vnā,nō possum proponere aliā:si enim
conuentus actione noxali negaui me seruum habere in
potestate,& conuictus de mendacio volo me dicere ser-
uum habere in potestate & conueniri noxaliter: non
sum audiendus.vt ff.de noxa.l.quoties.§.prætor.& le.si
seruus depositus.§.si negauerit.† Item si conuentus de 3
pauperie negaui quadrupedem meam esse,& conuictus
de mendacio volo dicere meā esse,& dare pro noxa,nō
audior.ff.si quadr.pau.fe.d.l.j.§.interdum. †Item si rei 4
vendicatione conuentus negabam me possidere.& con
uictus de mendacio volo me dicere possidere, & paratū
me suscipere iudicium,non audior D nam possessio ni D
hilominus transfertur ad actorem vt ff.de rei vend.l fi.
†Item si conuentus hypothecaria,nego rem debitoris, 5
& postea probato dominio debitoris, volo dicere mihi
primo obligatum fuisse,non audior,Et vt in authen.de E
trien.& semis.§.illud quoque.colum.3.& C.qui pot. in
pig.hab.authen.item possessor.†Item si negaui scriptu- 6
ram meam quæ contra me producebatur, vel negaui
numerationem,& conuictus volo postea confiteri scri-
pturam meam,& allegare solutionem,non audior.quia
nihilominus condemnabor in duplum,vt in authen.de
triente.& semis.§.studiū verò.C.de non num.per auth.
contrà qui propriam.Sed in omnibus his dicunt, quod
specialia sunt.Ratio autem specialitatis est, vt menda-
cium puniatur,vbicunq; ergo deprehendetur in propo-
nente defensiones mendacium,idem erit dicendum F F
per omnia,cum vbi eadē ratio est idem ius statui debet.† 7
sed vbi proponuntur exceptiones contrariæ,necesse est
inesse mendacium:quia si vna est vera,eius contraria ne
cessariò erit falsa,cum ad positionem vnius contrariorū
sequatur remotio alterius,G ff.de verb.sign.l.hæc verba G
ille,

ille, aut ille, & de instito. l. sed & si pupillus. §. si institoria, & propter hoc opinio illorũ, qui dicunt licere proponere exceptiones contrarias, non procedit. Vnde mihi videtur clarius H distinguendum: quia † dico aut exceptiones, quæ videntur contrariæ, proponuntur conditionaliter, aut simpliciter: si cõditionaliter, proponi possunt etiã contrariæ, verbi gratia: quia dico me debitorẽ non esse, sed si contingit probari me debitorem esse, pono exceptionem pacti de non petendo vel solutionis vel aliam similem, vt C. de excep. l. si quidem, in fi. Sed si proponuntur simpliciter, aut est possibile primam conuenti assertionem concurrere cum secunda, aut non. in primo casu quando est possibile primam cum secunda concurrere, id est, possibile est id, quod in vtraque continetur simul verũ esse, tunc licet plures proponere simul & diuersis temporibus, & ita loquitur ista regula, & ff. eod. titu. de except. le. nemo prohibetur, sed si non possibile primam cõuenti assertionem cum secunda concurrere, id est, non est possibile simul verum esse. quod in vtraq; cõtinuetur, quia in vna negat, & in altera affirmat: & affirmatio & negatio sunt directè contraria, tunc dico, quòd non audietur, vt in authen. de trien. & semiss. §. studium verò. & §. iliud quoq;. & C. de non numer. pec. authen. contra, qui propriam. & l. cum fidem, & qui potio in pign. hab. auth. item possessor & ff. de rei vend. l. fi. & si quadrup. pau fec. dic. l. j. §. interdum. & de noxa. l. fi & l. si seruus. §. si negauerit. Item † opponitur, quia iure cauetur, quod reus in exceptione est actor, vt ff. de excep. l. j. de prob. l. in exceptionibus in prin. sed actor non potest plures actiones proponere, sed vnam de pluribus debet eligere. ff. eod l. nemo ex ijs. §. quoties & de tribu. act. l. quod in hærede. §. eligere. ergo nec reus poterit opponere plures defensiones, vt videtur. Respondeo. & dico, quod. quamuis plures actiones actor non possit simul proponere: plures tamen exceptiones reus potest proponere, siue ex eadem, siue ex diuersis caussis originem sumentes, vt hic, & præalleg. l. is qui. & l. nemo. Ratio autẽ est, quare aliud in vno, & aliud in alio, quia fauorabilio-

H 8

9

res

res sunt rei quàm actores, vt in regula iuris. † Ratio ra 10
tionis I est qua in potestate est actorum quando prouo I
cent, non in potestate reorum quando prouocentur. vt
ff. de doli excep. l. purè §. fi. sed an per viam cumulatio-
nis proponere poterit plures actiones. quidam non intel
ligentes cumalationis naturam dicunt simpliciter, q
non, vt prædicto. §. quoties. & ideò cùm tractatus de cu-
mulatione communiter valeat, & sit vtilis apud Cano-
nistas, sicut apud Legistas. quia secundum canones de-
bet exprimi res & caussa, licet non actio, K † nunquid K
pendente primo iudicio licebit eandem rem ex alia cau- 11
sa petere. vel an licebit aliam rem petere ex eadem caus-
sa. hæc enim est cumulationis natura. Ad huius decla-
tionem & intellectum quærendum est, an cumulatio
sit admittenda, L & in quib. casibus. Et circa hoc primò L
inquirendum est, an principia siue regulæ. quæ de cumu
latione traduntur, sint veræ quia principijs ignoratis M M
ignorari oportet. & ea, quæ sunt post principia, ar. in au
then. de non alie. §. finimus. † Regula autem cum de cu- 12
mulatione permittenda tractatur. tradi debet copulati-
uè hoc modo: Vbi plures sunt actiones non contrariæ & c
quæ electione non tolluntur, vel in quarum prima ab-
solutoria lata, non parit exceptionē rei iud. in secunda,
ibi admittitur cumulatio. Sed cum tractatur de cumula-
tione impedienda debet tradi regula disiunctiuè & hoc
modo. Vbi plures sunt contrariæ actiões, quæ electione
tolluntur, vel in quarū prima, absolutoria lata parit ex-
ceptionem rei iudica. in secunda ibi repellitur cumula-
tio. Qnòd aūt prædicta regula copulatiuè posita sit vera
ostēdo sic: primo per illud generale † Non debet expecta 13
ri casus cuius nihil operatur euētus: vt ff. de fideiussor. l.
l. pen. & ad Velleia. l. aliquando, §. fi sed certū est † quòd 14
absolutoria lata in petitione prima nō parit exceptionē
rei iudica. in secunda quandocunque mutatur persona
vel caussa petendi, vel res. ff. de except. rei iud. l. cū de hoc
& l. cūquæritur, ergo non debet impediri secunda pen-
dente prima. † Præterea in spe dubia constitutus, nō de- 15
bet esse melioris cōditionis. quam is. qui est in spe certa

Vt

vt probari potest ex l. vlt. ff. de compensa. & ex l. eum, qui duobus de acquir. hæred. & de leg. iij. l. j in prin. sed non dum absolutus in prima est in spe dubia, sed absolutus est spe certa. Si ergo dicimus petitionem secundam ad eandem rem ex alia caussa propositam: vel ad aliam rem ex caussa eadem impediri pendente prima, & concedi absolutoria lata in prima: iam non absolutus est melioris conditionis quàm absolutus: quòd esse nō debet,

16 vt dictum est, maximè † quia non solet actor litem contestando facere conditionem suam deteriorem. vt in regula iuris. ff. eod. l. non solet. & ff. de nouat. l. aliam. Præterea probatur alio modo: certum est, †quod appellatio

17 ne pronuntiatum extinguitur, & ad eum statum reducitur, in quo erat post litem contest. & ante sententiam, vt probatur per l. ita demum. de procur. C. & per l. qui cum maior. §. accusasse de bonis liber. ff. de iniusto rupt. test. l. si quis cum filio exhæredato. §. hi autē omnes. & de pœ-

18 l. ij. in fin. † Vnde paria videntur litem pendere. & appel-

19 lationem interpositam, †sed appellatione interposita licitum est, plures caussas coniungere, seu cumulare, ex quibus ostendatur appellationem iustitiam continere: ergo & pendente caussa principali licere videtur plures caussas cumulare, ex quarum omnium vel vnius probatione appareat rem deductam in iudicium debere deduci in condemnationem, vt l. scio. §. vlt. ff. de appella. Præterea pro hoc potest induci. instit. de act. §. si minus. intelligendo tex. vt iacet. & ff. de doli except. l. apud Celsum. §. item quæritur. Itē potest probari per l. vlt. ff. de appel. nam ibi licitum est petitionem ex eadē caussa ad aliam rem extendere. Et sic ex his duabus probatur & ex §. itē quæritur, prima pendere, posse ex eadem caussa agi ad id quod plus est, & ex l. scio. probatur ad eandem rem agi posse ex alia caussa. Ex duobus primis arg. concluditur vtrunq; communiter. Præterea probari potest per l. sed si ante. de excep. nam ibi prima & secunda petitio eādem caussam habent, considerato effectu, & ad diuersa proponuntur: quia absolutoria lata in prima non parit exceptionem rei iudicatæ in secunda, etiam admittitur

cumu-

cumulatio, ergo &c. prętera poteſt probari per l. j. §. qui autem. ff. quorum leg. dum dicit intelligendo literam generaliter vt iacet, quemadmodū ſolemus facere quoties incertum eſt quæ actio potius teneat: nam duas actiones dictamus, &c. ergo concluditur ex eo, quod duæ actiones ex diuerſis cauſſis poſſunt eodem tempore ad idem proponi: & ex hoc concluditur cumulationē concedi. Item ſecunda regula tradita diſiunctiuè ſimiliter vera eſt: † quia conſtat, quòd vbi ſunt plures actiones 20
contrariæ, propoſita vna repellitur alia ratio enim contrariorum eſt, vt poſito vno alterum intelligatur remoueri, ad hoc facit. C. de furt. l. j. & ſi ſeruus exte. l. vnica. & de codi. l. fin. ff de inſtit. l. ſed & ſi pupillus. §. ſi inſtitoria, & de verb ſig le. hæc verba. Item ſi electione tollitur vna electa, præcluditur alterius via, vt ff. de noxalibus. l. electio. & de tributo l. quod in hęrede. §. eligere † Item 21
& vbi ſunt duæ, in quarum prima ſententia lata parit exceptionem rei iud. in ſecunda repellitur cumulatio. ff. de except. l. fundum. & l. fundi. apparet ergo, quod præmiſſæ duæ regulæ, quarum prima permittit cumulationem, ſecunda denegat, veræ ſunt. Contrarium N autem N prædictorum arguo ſic † falſum, & inofficioſum, non 22
ſunt contraria, nec electione tolluntur. nec abſolutoria lata in vno parit excep. rei iud. in alio. & hæc colligi poſſunt ex l. eum qui & l. contra maiores. C. de inoffic. teſt. & l. Lucius. ff. de petit. hæred. & tamen ab eodem propoſita impediunt ſe concurſu: ergo regula prima cumulationem admittens eſt falſa. Item noxalis actio, detracta noxæ deditione, id eſt inſoidnm, quandoq; competēs, O
& cum noxæ deditione, id eſt noxaliter, quandoq; ſimul proponuntur, nec impediuntur concurſu: & tamen abſolutoria lata in vna parit except. rei iudica. in alia, vt in l. in delictis. §. ſi de tracta. ff. de noxalibus. ergo regula ſecunda cumulationem impediens eſt falſa. † Præter 23
ea petitorium & poſſeſſorium non ſunt oppoſita, vt patet in l. j. §. huius autem. ff. vti poſſid. nec electione tollūtur & cumulantur. P vt in l. cum fundum §. fin. de vi & p
vi arma. & leg. naturaliter. §. nihil de acquirend. poſſeſſ.

N † & ta.

24 †& tamen absolutoria lata in petitoria parit Q except. Q rei iud. in possessorio, vt determinatum est in l. ij. §. quæ dam. ff. de interdict. ergo prædicta regula secunda cumu
25 lationem impediens est falsa Præterea hypothecaria & personalis sunt diuersæ, ita quòd non contrariæ, nec ele-
26 ctione tolluntur: †& tamen absolutoria lata in persona li parit exceptionem in hypothecaria, vt ff. quibus modis pign. vel hypotheca solui l. si differente. nihilomi. R nus cumulantur. & simul proponuntur, R vt in authen.
27 de fideiuss. § sed neque. column. j. ergo regula est falsa. † Præterea ibi conceditur cumulare, id est, diuersas actiones ex diuersis caussis ad idem proponere, secundum in
S tellectum verum, vbi actor est incertus propter factum aduersarij, quę potius competat, S vt l. j. §. quia autem. ff. quorum leg. & ibi not. ergo vbi propter factum aduersarij non est incertus: non permittitur actori ex diuersis caussis plures actiones ad idem proponere. ergo regula
28 prima cumulationem admittens est falsa: † Præterea si peto rem legatam rei vend. & succumbo: si postea peto personali actione ex testamẽto, si quidem in prima pronuntiatum fuerit rem non fuisse testatoris. non obst. ex
29 ceptio rei iudic. arg. ff. de except. rei iud. l. fin & † tamen si proposita vna eadem pendente velim proponere aliã, T non possum: T vt in l. cum filius §. varijs. ff. de legat ij. cum ergo hæ non sint contrarię sed diuersæ, nec electio ne tollantur, & possibile sit absolutoriam latam in prima non parere except. rei iud. in secunda, & tamẽ impediant se concursu, apparet primã regulam esse falsam:
30 † Præterea ciuilis & criminalis ex eodem facto procc. V dentes, V non sunt cõtrariæ: quod patet, quia vna posita nõ potest excludi altera: nec tolluntur electione, nec sententia lata in vna pari t except rei iudic. in altera, vt l. j. C. quando ciuilis act. crimin. præiud. & ff. de tabul. exhib. l. locum. §. si quis dolo. & de liber. homi. exhiben. l. iij. & tamen impediunt se concursu & non cumulantur, vt leg. interdum. de public. iud. & l. ij. ff. vi bon. rapt.
31 ergo relinquitur prima regula falsa. † Præterea actio de peculio, quæ datur contra venditorẽ ſerui. & quæ datur con-

contra emptorem, non sunt contrariæ, nec electione tol
luntur, nec vno conuento alter liberatur: & tamen vna
posita impeditur altera, vt l quoties. §. si creditor. ff. de
pecul. si ergo contra diuersos ex eadē causſa, & ad diuer
sa impediuntur cumulari, multò magis quando contra
eundem ex eadem causſa, licet ad diuersa impediuntur
ergo regula cumulationem inducens non procedit. Itē
contra regulam cumulationem inducentem est l. si quis
libertatem. ad fin. de petit. hæred. †nam ibi inchoata pe- 32
titione libertatis ex vna causſa non permittitur proba-
ri competere libertatem ex alia: ergo apertè ostenditur
impediri cumulationem ad idem ex alia causſa præter
ea contra regulam est l. si duo. §. idem Iulia. in fin. ff de
iureiu. nam ibi non permittitur secunda petitio in qua
secunda propter diuersitatem personarum non obstaret
excep. rei iud. absolutoriæ latæ in prima. Itē contra cu-
mulationē est l. non est nouū ff. de act. emp. ibi enim nō
permittit plures actiones ex diuersis causſis eodem tem-
pore ad idem proponere: sed dicit vnam proponi in qua
vtriusq; cōmodum veniat: patet ergo ex prædictis cumu
lationē non procedere. nec procedere regulas quæ de cu
mulatione traduntur. Regulas concedo, & apposita sin
gulariter respondeo. †Et primo ad primum quia quædā 33
sunt contraria in origine & effectu: & tolluntur electio
ne, vt in l. j. de furr. & l. j. & l. vnica. si seruus exte. & de co-
dic. l. vlti. C & in his cumulatio non procedit. Quædam
sunt contraria X origine & effectu conuenientia qui ad X
vnum finalem effectum tendentia: vt falsum & inoffi-
cioſum: & ista non tolluntur electione, nec sententia la-
ta in vno præiudicat alteri, vt d. l. eum qui, sed non patiū
tur cōcursum ratione contrarietatis quæ est in origine,
& in his similiter cumulatio nō procedit, vt in d l cōtra
maiores. Quædā sunt q̄ nec in origine nec in effectu sūt
cōtraria & electiōe nō tollūtur, & absolutoria lata in v-
no nō p̄iudicat in alio. & in his ꝓcedit re. q̄ cumulationē
p̄mittit. Ad secūdū respōdeo, qa in §. si detracta. nihil cu
mulatur. non enim ibi petitur aliud, sed idē, nec ex alia
causſa, sed ex eadē. Et solū agitur de quodam beneficio à

lege permisso excedendo vel deuegando, vnde ibi nihil
agitur per quod specialiter detractio aut augmẽtum in
ducatur, quantum ad formam sententiæ, vt in l. miles
§. j. ff. de re iudicata. vnde ad materiam de cumulatione
Y nihil facit. Y † Ad tertium respondeo. quod credo, quod
34 non sit verum simpliciter quod absolutoria sententia
lata in petitorio pariat exceptionem rei iudic. in posses-
sorio, & hoc tali ratione, quia sicut caussa dominij sepa
rata est ab vsufructu formali, ita caussa proprietatis sepa
rata est à possessione, vt colligi potest ex l. naturaliter. §.
nihil. & l. permiscerì ff. de acquir. poss. & de reb. corum.
35 l. sed si fortè. Sed † constat, quòd lata in dominio non pa
rit exceptionem rei iudic. in vsufructu formali, vt l. sicũ
testamento. § pen. ij. responsio. ff. de except. rei iud. ergo
lata in proprietate non parit exceptionem in possessio.
ne, & hoc determinatur C. de interdict. l. incerti. Et quia
determinationes contrariæ reperiuntur, ideò plenè di-
ces, vt infrà eo. tit. c. qui ad agendum Ad quartum dico
36 scilicet, §. sed neq; disputationis caussa, † quòd propo
sita personali non possit ex postfacto proponi hypothe-
caria, quia absolutio lata in personali parit excep. in hy-
pothec, vt d. l. si deferente. licet ergo coniungere ab ini-
37 tio, vt in §. sed neque, non cumulare ex postfacto, † quia
& aliàs in simili conceditur ab initio quod ex postfacto
de negatur, vt l. & ancillarũ. § illud. & l. quoties. §. si cre-
ditor. ff. de pecul. Ad quintum scilicet ad §. quia autem,
respon. quia licet ibi positio actionum sit copulatiua: ta
men conclusio petitionis alternatiua est. vt patet dũ di-
cit protestari ex altera, &c. si alternatiua: ergo incerta,
& ratione illius incertitudinis regulariter non procedi-
38 tur, vt in l. prætor. §. quod autem. ff. de iniur. † magis e-
A nim conclusio A petitionis spectari debet, quã petitio,
ar. de liber. le. l. Aurelius. §. Sticho. & de pœnis. l. si præs-
sed in cumulatione petitio & conclusio copulantur: &
sic non repellenda, quia qua ratione potest ex pluribus
caussis deberi, potest ex pluribus caussis separatis & nõ
contingentib. peti: distinctio ergo copulationis & alter-
nationis oppositum tollit. Ad sextum respondeo, quia

ibi

ibi potest esse vtriusque eadem causa, & alia in eo quòd est eadem: vt quia sit pronuntiatum non legatum], sententia lata in vna parit exceptionem rei iud. in altera. Item potest esse alia vt si primo agatur rei vend. & pronuntietur rē non fuisse testatoris, & propterea non cōpetere rei vendicat. eo casu exceptio non obstaret in personali B ex testamēto tamē lite pendente in prima pp B ter futurum dubium pronuntiationis euentum, cumulatio repellitur, vt infrà ostēdam. †Ad septimū respond. 39 quod absolutoria in ciuili lata parit except. in criminali, & econtrà quando pronuntiatur super facto, id est delictum non fuisse commissum, eo enim casu effectus pronuntiationis ad totum extenditur. arg. ff. de iureiurand. l. si duo. §. idem Iulianus, & l. duobus §. colonus, & propterea se non cōpatiuntur cōcursu, & sic oppositio non procedit. Ad octauū respondeo, scilicet ad §. si creditor. †ibi absolutoria qua pronuntiatur in debitū parit 40 exceptionem in altera: & ideò vna non potest alij cumulari: sed contra hoc est apertè: quia ibi dicit, quod pendē te iudicio contra emptorem, non potest agi contra venditorem: & tamen constat, quòd lata pro emptore non parit exceptionem venditori, vt l si à te. §. Iulianus. ff. de except. rei iud. Sed respondeo, verum est quòd non prodesset nisi pronuntietur non contractum: †tunc enim 41 qua ratione lata pro fideiussore prodest reo principali, C vt l. duobus. §. item à fideiuss. ff. de iureiu. licet fideiuss C foris nō interfit non peti à reo principali. vt in l. fideiussoris. ff. de pa & eadē ratione lata pro emptore per eundē modū extenditur ad venditorem: & sic procedit responsio. ad l. si quis libertatem respon. ibi non erat cumulatio: sed de vna causa proposita ad alteram non propositam, improbat transgressio. Et eodem modo respo. ad l. si duo. §. idem Iulianus. nam ibi non erat cumulatio. sed quædā petitionis primæ de vna persona in alteram improba & illicita transgressio. Ad l. non est nouū respon. quia ibi dici potest, †quòd potestati committitur, necessitati non subijcitur, vt l. non quicquid. ff. de iudic. & C. 42 quomodo & quando iud. l. j. Et ad hanc responsionē pp-

bandam induci potest de iniurijs. l. prætor. §. si mihi pla
res. Quia igitur regulæ sunt, restat videre in quibus casi-
43 bus secundum eas cumulatio procedat. † Aut enim peti
tur aliud ex caussa alia, & tunc nullo modo est dubia cu
mulatio quia simpliciter petitiones diuersæ, & se non
contingentes quantum ad rem vel caussam sint. Et ideò
procedunt, vt l. si idem cum eo. ff. de iurisd. omn. iud. &
C de anna. except. l. fi. cum simul. Aut petitur idem ex
alia caussa, & tunc cum certum sit, quod absolutoria la-
ta in prima caussa non parit exceptionē in secunda, vt
in l. Lucius §. Sempronia, ff. de leg. 3. & l. Aurelius. §. fin.
de lib. l. videtur, quod cumulatio procedit secundum re-
gulam: & pro hoc. l. illa scio. §. vlt. de appel. inducendo
eam vt ostensum est suprà. & ad §. quia aūt respōsum est
Aut agitur ex eadem caussa ad id, quod plus est. & tunc
ex quo regulæ veræ sunt. est valdè dubia cumulatio, &
quod procedat ostenditur sic: primò per l. amplioré, in
44 fi. C. de appel. Sed ad illam antequam procedā vlterius,
respondeo: † quia ibi loquitur in iudicio vniuersali, q̄
de sui natura omnia in vniuersitate contenta, compra-
hendit. vt in l. si quis cum totum. in fin. ff. de except. rei
iud. dum dicit: nam cum hæreditatem peto, & corpora
& actiones, quæ in hæreditate sunt, videntur in petitio-
nem deduci. vnde ibi non videtur petitio: sed potius per
quandā declarationē primę petitionis extensio ar. ff. de
pet. hære. l. 4. & l. itē videndum. §. si quis. & l. si q̄ tēpore,
ostendo ergo per alia arg. hoc modo, vbi ex aliqua caussa
plus debetur, & minus petitur, ipso iure in reliquū non
obstat excep. vt l. apud Celsum. §. item quæritur. ff. de do
li excep. & arg. l. j. §. quid ergo. de contrar. & vtil. act. & C.
si aduer. rē iud. l. j. & ibi de hoc. ergo secundū regulā de
45 bet posse peti eodem iudicio cumulando: † Prætereà si
primò peto totū & postea partē. obest excep. sed nō econ
tra, licet ex eadē caussa. vt in l. si quis cū totū. & de pecul.
l. hinc quæritur. in prin. ergo admittitur cumulatio. Præ
terea si absoluto ria fertur super eo. q̄ sui potentia con-
tinet alterū, nō nocet in contēto: vt ecce lata super actu
non nocet initinere, vt determinatum est in l. si mater.

§. si

§. si quis iter. ff. de excep. rei iud. sed ad hoc respondeo statim, q̃ ibi nõ determinatur in litera, & dato D quod D
diceretur, adhuc respon. non est verum, quòd actus continet iter, prout iter est species seruitutis distincta ab actu, vt ff. de adim. leg. l. j. & ibi no. & ideò arg. non procedit: ostendo ergo per aliud. Absolutoria lata in sorte. nõ nocet in vsuris, vt ff de condictio. in d. l. fi. §. Lucius E† E
& tamen vsuræ ità se habent ad sortem, quòd non pos- 46
sunt mihi deberi, nisi sors debeatur, vel debita fuerit, ergo licet, quod est plus in actione furti manifesti, nõ possit deberi nisi verum sit præcessisse rapinam, cuius occasione debeatur: tamen sententia lata in vi. bon. rap. non videtur parere exceptionẽ in actione furti, si non parit, benè concluditur vlterius, quòd cumulatio admittitur. Præterea hoc operatur absolutio, quod condemnatio satisfactione secuta. vt l. si quis cum totum. §. planè, sed condemnatio satisfactione secuta non tollit aliã actionẽ ex eadẽ caussa cõpetentem in id quod plus est vt ff. de act. & obligat. l. cum ex vno. & l. qui seruum. & arbo fur, cæsa. leg. j. & l. si colonus: & vi bon. rapt. leg. j. ergo nec absolutio tollet. & si non tollit, sequitur secundum regulas, quod cumulatio admittatur. † Præterea di- 47
uersitas rerum ita impedit excep. rei iud. sicut diuersitas personarum, vt l. cùm quæritur. & l. quantitas q̃. & leg. seq. & l cum de hoc. de except. rei iud. & ibi de hoc: ergo sicut vbi sunt diuersæ personæ, licet eadem quæstio & eadem caussa defensionis, non obstat excep. vt l. si cum vno. & l iij. de except. rei iud. ita & vbi est diuersitas rerũ licet eandem caussam petitionis habentium, obstare non debet, & si non obstat sequitur, q̃ cumulatio procedat. Item si lex ita ponit substantialem rem, vt caussam cum tractatur de permittenda & impedienda exceptione rei iudi. quod verum est, vt dict. leg. cùm queritur, & leg. & an eadem. & l. cum de hoc. Et constat, quòd vbi est caussa alia, licet res eadem exceptio non obstat. vt in l. Aurelius, §. vltim ergo & vbi est alia res, licet eadem caussa, obstare non debet, & si non obstat, benè sequitur, quod cumulatio admittitur ex eadem

causſa in id quod plus eſt. Præterea ex parificatione præ
48 dictæ rei & cauſſæ procedit etiam aliud †quia ſi expreſ. ſio cauſſæ in reali: non patitur exceptionem vltra cauſ ſam extendi expreſſam, vt in l. ſi mater. §. ſi quis. & tamẽ aliàs ad totum, id eſt, ad omnem cauſſam extenderetur: vt in ea. l. §. eadem. ergo expreſſio quantitatis certæ non patitur exceptionem vltra illam quantitatem extendi:
49 & conſequẽter nec cumulationem impedit. †Præterea lex dicit, quòd vbi ex eodem facto plures actiones naſcũ tur: vna in plus, altera in minus, vna alteram non tollit. & licitum eſt omnibus agi. ergo vt aliquis ſit legis effe. ctus. videtur dicendum, quod etiam abſolutoria lata in prima, agitur ex ſecunda: vt ff. pro ſocio. l. rei communis & de tutel. & rat. diſt. l. j §. in tutel. & de act. & obl. l. cum ex vno.

50 Contrarium autem huius probatur ſic. †Sententia abſolutoria lata in eo quod continet alterum, quod nõ eſt pars eius, parit exceptionem in contento, quod non eſt pars primi petiti, verbi gratia: vſusfructus cauſſalis nõ nõ eſt pars dominij. vt in l. ſi ita ſtipulatus. vj. §. j. ff. de ver
51 borum oblig. & de accep. l. & per iuſiuran. §. illud, †& tamen abſolutoria in dominio lata parit exceptionẽ rei iud. in vſufructu cauſſali, vt ff. de except. rei iud. l. ſi cum teſtament. §. ſi fundum. & illud ideò, quia impoſſibile eſt ſecundum petitum, id eſt cauſſalem vſumfructum competere, niſi primum id eſt dominium competat, ſic ergo & ſi pronuntiatur factũ non eſſe, effectus pronuntiationis trahitur ad id totum, quod nõ poteſt de iure deberi non præcedente facto, ſuper quo pronuntiatũ fuit & per hoc apertè induci poteſt l. j. ij. & iij. ff de except. rei iud. Item hoc idem probatur, quia lex dicit, qui primò domum petit, ſecundò cæmenta, quæ non ſunt pars domus exceptione rei iud. repellitur. Item qui primò petit nauem, ſecundò tabulas, quæ non ſunt pars nauis, exceptione repellitur: & hoc ideò, quia primũ petitum quadam totalitate ſui & integritate cõprehendebat ſecũdũ vt in l. ſi quis cum totum. §. j. & ij & de pactis l. ſi vnus. §. item ſi pactus, ergo cum totum factum deductum in

pri-

primum iudicium non solùm comprehendat, quod in secundo deducitur, imò idem sunt. restat quòd pronuntiatum in primò absolutorio exceptionem pariat in secundo, & consequenter facta relatione ad regulam cumulationem impediat. Itē patet hoc apertè ex eo, quòd lex dicit. Res hæreditariæ non sunt hæreditatis pars † & 52
tamen sententia absolutoria lata in petitione hæreditatis parit exceptionem rei iud. in petitione singularium rerum. vt in l. Iulianus. & in l. si quis cum totum. § pen. de except. rei iud. Plus fortifico arg. si actum sit persona litēr ex cōtractu contra hæreditarium debitorem, & absolutus sit si posteà agatur contra eundem petitione hæreditatis vniuersali, licet secūda petitio plures cōprehēdat incōparabiliter, quam prima, tamen quia idē dubiū & eadem quæstio & caussa deducuntur in secunda quæ deducta fuerant in prima: obstat exceptio rei iud. vt l. si quis cum totum §. vlt. & §. generaliter & §. & quidem ita diffiniri potest. sic ergo si primò actum fuerit vi bonorap. pro rapina, & absolutoria lata sit: & secundò pro eadem rapina agatur furti, cum idem factum & idem dubium in secundum iudicium deducatur, constat q; exceptio rei iudicatæ obstare debet. si obstare debet exceptio, benè restat vlterius referendo ad regulam quòd cumulatio impediatur ex eadē caussa in id, quod plus est † 53
Præterea constat patrem ex contractu filij teneri in minus, quia de peculio tantùm, & ipsum filiū in plus, quia insolidum vt in l. si quis cum filio ff. de pecul. & tamen si pater iura. super facto, id est, filium dare non oportere insolidum quæritur exceptio filio, vt l. qui iurasse. §. si pater ff. de iureiur. F & est ratio, quia obligatio vtriusq; F
ex eadem caussa descendit, item & eadem ratione, si iudicatur pro domino conuento ex contractu serui vt in l. si cum testamento. §. fin. de except. rei iud. ergo patet, q; cùm agitur ex eadem caussa in id, quod plus est. cum idē sit factum, quod deducitur in vtrumq; iudicium, obstare debet exceptio rei iud. & consequenter cumulatio impediri. † Præterea si cum ad idem agitur ex eadem caussa, 54
cōstat, quod ex quo omnis quæstio deducta fuerit in primum

mum iudicium, in totum debet obstare exceptio: igi-
tur per regulã cumulatio impediri debet, quod sic ostẽ-
do, si rei vendicatione simpliciter proposita, & in prose-
cutione certa caussa exprimitur, absolutoria tota pariet
exceptionem in totum. vt l. ex sextante in prin. ff. de ex-
cep rei iudi. & solet allegari per glo. & d. l. & an eadem
§. actiones, tamen secundum verũ intellectum nihil fa-
cit. Sicut ergo nihil operatur expressio caussæ, quo mi-
nus exceptio rei iud. obstet in totũ, ita & in proposito fa
cto ex quo ius agẽdi procedit, nihil operatur expressio
quantitatis Sed ad hoc statim respondeo ꝙ a refert inter
55 generalitatẽ rerũ & caussarum. † plus. n operatur expres
sio rei in processu, quàm expressio caussæ. vt l. si ex testa-
mento. & ibi not. ff de excep. rei iud & est ratio. quia pe
titio vnius rei non habet communem finalem effectum
cum petitione alterius: sed secus si benè aduertatur, per
pẽdi potest in pluribus caussis concurrentib. circa acqui
sitionẽ alicuius rei, vt scripsi circa § actiones. Sed hæc
responsio nihil facit ad præsẽs propositũ: quia sicut in
rei ven. plurium caussarum concursus tẽdit ad eundẽ fi-
nẽ, id est, ad acquisitionem dominij, sic & in proposito
concursus pluriũ actionũ ex eadẽ caussa descẽdentium,
tendit ad eundẽ effectum, id est, ad idẽ factũ pmiẽdum.
Item in rei ven. si ab initio vna caussa exprimitur, non
patitur expressio exceptionẽ vltra illam caussam extẽdi
vt in l. si mater. §. si quis autẽ. sic ergo & hic non patitur
expressio quantitatis, exceptionem extẽdi vltra quanti-
tatem expressam. Et sic est arg. pro cumulatione per-
missa, scilicet ex eadem caussa in id quod plus est. non
econtra. Prætereà in hypothecaria est vna caussa, id est,
obligatio rei, & in rei ven. alia, id est. dominiũ vt in la-
56 liena. & l. rẽ alienam. ff. de pign. act. † & sentẽtia abso-
lutoria lata in rei vend. sciente creditore obstat exceptio
in hypothecaria, vt in l. sæpè. de rei iud & tamẽ per rei
ven. aduocatur plus, quia dominiũ per hypothecariã mi
nus. quia possessio, vt in l. in rẽ actio. ff. de rei vendicat.
& leg. li cum venditor. ff. de euict. ergo bene sequitur.
quod vbi est eadem caussa duarum actionum, alterius

in

in plus, alterius in minus competentium ex eadem cau
sa. quòd sententia absolatoria G lata in vna parit excep- G
tionem in totum in altera, & consequenter impedit
cumulationem secundum regulam præmissam Præ-
terea absolutoria lata in redhibitoria nocet in quanto
minoris, & econtra eo casu quo contingit eandem caus
sam eas cõtinere, vt l. si is qui hæres. ff. de excep. rei iud.
§. est in potestate, licet cõmuniter diuersas habeant cau
sas & separatas, ergo &c.

Concludo vlterius, sed hoc tollo statim. quia ille. §. est
in potestate, loquitur quãdo conueniebant in re & cau
sa. quia nil plus in vna quàm in altera: sed quando diffe
runt, sententia lata in vna non nocet in altera, vt l. si tã-
men. §. j. ff. de ædil. edict † Dico igitur quod cum ex vna 57
causa plures actiones competunt, vna in plus, & altera
in minus, duplex potest esse modus pronuntiãdi: potest
enim pronũtiari super facto, id est, factum istud de quo
agitur inde non processisse. & tunc si agatur alia, cer-
tum est exceptionem rei iudicatæ obstare. Item potest
pronuntiari super actione proposita, id est, eam non cõ-
petere ex præcedenti facto. & hoc casu exceptio rei iudi
catæ non obstat in alia verbi gratia, ago furti non ma-
nifesti contra aliquem. & dico rapuisse rem & pronun-
tiatur rapinam non factam, si agatur postea vi bo. rap.
propter eandem causam, obstat exceptio rei iudicatæ,
sed si pronuntietur furti non manifesti, actionem non
competere, vt quia constat rem raptam fuisse inter-
ueniente vera violentia, exceptio non obstaret, quia
videtur absolutio facta H per petitionem ineptam. † H
Item exemplum aliud, si ago contra aliquem cæden- 58
tem arbores actione ex locato, & absoluitur, si quidem
absoluatur, ideo quia pronuntiatur eum non incidisse,
obstat exceptio, si arbo. fur. cæsa. postea agatur in id,
quod plus est, sed si pronuntiatur actionem ex locato
non competere. quia non processisset locatio, excep-
tio rei iudicatæ non obstaret in furtim cæsarum, quod
in leg. Aquili. & hæc similia colligi possent ex leg. si
duo. §. idem Iulian. & ex leg. duobus. §. idem fideiussore
& §. seq.

& §.seq. & §.exceptio. & §. si quis iurauerit. & §. si colo-
59 nus. ff. de iureiurando. †ergo eo casu, quo exceptio rei iudicatæ inducerentur in totum, certum est cumulationē impediri secundum regulam. Item quia lite pendente incertum est, qualiter debeat iudicari id est, vtrum super facto, an super actione, consequenter an sit obstatura exceptio rei iudicatæ, vel non. dico tunc cumulationē impediri: quia cum futurus dubius euentus se habeat pariter ad duo, id est, ad impediendum & ad permittendum, iudicatur de eo, vt de impediente dum pendet, vt colligi potest ex l. pecuniam. ff. si cert. pet. & per similitudinem legati relicti purè & sub conditione adepti, vt in l. si legatum purè. ff. de adim. l. cū seq. & l. quoties. denuati. vbi ergo separatæ sunt causſæ quantum ad numerum, licet eadem in specie, absolutio lata in vna non parit exceptionem in altera. Et sic nec cumulatio impeditur, vt perpendi potest ex l. si ex testamento. ff. de except.
60 rei iud. †Sed vbi est eadem causſa numero per omnia, licet plus vel minus in vna quàm in altera contineatur, absolutio in vna lata parit exceptionem in altera. & sic impeditur cumulatio, cùm eadem quæstio per omnia in iudicium deducatur, vt in l. si cum testamento §. si petiero gregem & d. l. si quis cum totū. §. & generaliter. & §. & quidē. ita diffiniri potest, & l. singulis ff. de excep. rei iud. Ad oppositā verò posset responderi singulariter ad singula & vniuersaliter ad omnia: vt solicitus indagator inquirere poterit. si rectè rationem connexitatis & separationis rerum & causſarum aduertat.

ADDITIO.

A Defensionem. An & quando negans possit negationem reuocare vide Iason. in §. ex maleficijs super gloss. in versic. distulerint. versic. & iuxta prædicta, Inst. de actio. F. C.

B Facti. Quæ sint exceptiones facti siue intentionis, colligitur ex ijs quæ idem Dyn. scribit in c. exceptionem infra eod. F. C.

Excep-

Exceptiones. Adde gloss. super verbo quod meum, & C
ibi Doct. in c. inter dilectos. de fide iustru. & ibi aliquid per Fely. colum. x. versi. fallit tertio. & per glo. & Philip. Franc. hic qui etiam dicunt, quod beneficiatus non agit ex tit. duplicato, tamen benè excipit, vide quæ dixi in regula beneficium. in fin. primæ apost. & vide ad not. hic Bart in l. nemo. & in l. is qui ff. de exc. & Bar. & Doct. in l. j. C. de fal. causſa adiect. & Spec. tit. de except. §. viso. col. pen. vers. in summa notandum est. & Ioan. And. hic in Mer. & Bart. in l. cum de indebito. ff. de prob. Bal. in l. siquidem. C. de except. & Bart. Socin. in repe. l. j. in primis chartis. ff. de vulg. & pupil. subst. & Ang. Arer. instit. de except. §. idem iuris est. col. vj. vers. capio quartū principale, & ver. hinc sumpta occasione an reus possit opponere. &c. & per Doct. in seq. addi. allegat. Et no quod vbi allegauerit exceptiones, sufficit alteram probare ad victoriam suæ causſæ: vt c. cum iam dudum. de præb. & hoc sentit Dyn. in prin. ver. est ergo effectus. &c. & Alex. in consi. vj. lib. iij. nisi requireretur concursus omnium. vt l iij. §. hoc autem à superiore. ibi, duas res docere. ff. de itin. actuq; priua. vel nisi se astrinxisset ad omnia probāda, vt c. licet causſam. & ibi glo. in verbo astrinxit. de probat. & l. diuus. & ibi Bar. ff. de re iud. & no. Ioan. de Plat. in l. monente. in iiij. no. de delat. lib. x & Bart. in consil. cxciij. in fin. ver. quarto dico, & amplè per Felyn in d. c. licet causſam. super verb. astrinxit. colum. xxxj. vbi ponit duas conclusiones cum decem fallen. & Fely. sing. in ca. ij. column. xij. ver. restringitur. de rescri. & Abb. con. lxxxvij. & in consi. 50. lib. j. Adde Ale. consi. lxj. colum. ij. vers. sed in casu nostro. lib. ij. & Paul. de Cast. cons. xxvj. in antiq. Ang & Ias in §. j. de act. & Ang. in §. qui autem se volunt. & ibi Ioann. Fab. instit. de excu. tut. & ibi Ias. in addi. ad Christoph. Por. & quando qualitas adiecta facto debeat probari cū facto, vide Fely. vbi suprà & in c. exanimata. de iud. & Imo. & Ant in cap. exhibita. co. tit. & Alex. in l. diuus. colum. ij. vers. successiuè, quære Bal. & Moder. in l. Titia. ff. solut. matri. & Anton. Corset. in suis sing. verbo qualitas. & Alex. in addit. ad Barto. in le.

qui

qui vxori. §. qui tamen ff de adult. Bart in l. Fulcinius. §. j. ff. de quib. cauſſ. in poſſeſſ. catur. & Bal. in l. j. de condi tio. inſert. & in l. ij. poſt Cyn. C. de prob. & Ang. Aret. & Iaſ. de Mayno. colum. 30. in §. omnium autem. de actio. nibus. & ibi quid in actore & quid in reo, & Alexand. conſil. 221. col. pen. verſi. quod lib. j. & pulchrè per Fel. in c. auditis. colum. penult. verſic. ſecunda concluſio. de præſcrip. & Ludo. Bolo in ſuis ſecundis interpretat. in l. ſi arbiter ff de probat. & Bartol in diſputatiõe. incip. iure manicipali, & deciſ Parlamenti Delphina quæſtio. dliiij. & ibi in addi. & Hippoli. de Marſilijs. in ſingu. 187.

D Non audior. Vide de hoc Iaſonem §. j. col. 15. & ſeq. Inſtit. de actio. vbi eleganter declarat. l. fin. ff. de reiven. dic. hic. allegatam. F. C.

E Non audior. Adde eundem Dyn. in c. qui prior & in c. qui ad agendum. nu. 8. infra. eod. F. C.

F Idem erit dicendum. Vide Bar. qui contrarium tenet in l. ij. §. ſi abſens. in vlt. lectur. in principio. num. 1. ff. ſi ex nox. cauſſ agat. vbi tenet, quod propter mendacium non perditur à reo ius poſſeſſionis: & dato, quòd conuictus fuerit de maleficio, poterit probare, quòd illud fecit ad ſui defenſionem. vide ibi Bartol. qui truſat. de Dy. hic. G. S.

G Remotio alterius Idem ait in c. qui ſentit. nu. 7. infra eodem. F. C.

H Clarius. Adde Bar. in d. l. nemo prohibetur. & ibi Alexand. in addit. & Bar. in l. j. verſic. circa ſecundum. C. de furt. & in auth. contrà, qui propriã in ij. & iij. col. C. de non numer. pecun. & Ray. & Imol. in l. Titiæ ſi nupſeris. ff. de conditio. & demonſtrat. & Bald. in l. peremptorias in iij. colum. verſicu. quæro, nunquid ille. C. ſententiam reſcindi non poſſe. & Innocen in cap. cum venerabilis. de excep. & Lanfran. de Oria. in cap quoniam contra. ſuper verbo, exceptiones, column. ij. verſicul. ex his ſequitur de probation. & Abbas in cap. paſtoralis: colu. v. verſicul. iuxta hoc. & ibi Felyn colu. v. verſicul. circa dicta. Abb. de except. & Salyc. poſt Cyn. & Bartol. in d.

auth.

auth. contra. & Felyn in c. imputari. col. j. versic. quinta declaratio. de fide instr. & Bart. in le cum de indebito. in prin. ff. de prob. & Alex. in l etiam. § licet. ff. solut matr. & Bart. in sua disput. incip. iudex per imperitiam. col. ij. versi. i iij probatur. Adde ad propositum huius Apostil. in l. cæteri, & quid ibi posui in Apostil. ad ipsum in vers. contrarijs exceptionibus. ff. de noui oper. nunc dixi in apostil. ad Bald. in leg. j. in princip. C. de fructibus. & in leg. cum de indebito. ff. de probat. & plenè per Lanfra. de Oria. in cap. quoniam contra falsam. §. exceptiones. numero 3. versic. ex his sequitur, & ibi in apost. ad ipsum in vers. diuersis temporibus, de probat. alleg. d. co. apost.

Adde Dec. in l Nemo ex ijs. ff. eod.

Ratio rationis. Adde quod per istam rationem tenet Bart. in leg. nemo prohibetur. de except. in vltim. q. & in leg si expressim. ff. de app. quòd actor potest in replicatione plures actiones proponere, vt ibi vide. Adde quòd posui supra eo in prox. præcedēti apost Imol. post gloss. & Bart. in leg. nemo. ff. de except. & Specul. in titu. de exceptionibus. §. iiij & de sententia. §. viij. versi. sed nunquid talis, Adde Dyn. in cap. cum sunt numer. 6. suprà eod.

Actio. Adde an actio debeat exprimi in libello tam de iure ciuili quàm canonico. per gloss. Bart. Bald. & Alex. in l. j. §. j. ff. de edend. Cyn. Bar. Bald. Salyc. Ias. & Ale. in l. edita C de eden & Ioan. Fab. & Ang. Aret. & Ias. in §. omnium. instit de act. & Imol. Abb. & Felyn in c. dilecti. de iud &c. examinata. cod. tit. vbi in d. c. dilecti. in fi. Felyn. ponit regulam cum quatuor fallent Et de causa in libello exprimenda. latè Ias. in §. j. col. 19. & 20. instit. de act. F C K

Admittenda. Adde an & quando cumulatio sit admittenda. gl. Cyn. Bar. Bald. in rep. Paduana. Salyc. Ang. Paul. de Cast. Ias. & Alexand in l. edita. C de eden. & Io. de Plat. Ioan. Fab. Angel. Aret. & Ias. in §. si minus. col. xij. instit. de act. & Bald. & Card. & Alex. in c. j. an marius succedat vxo. in vsi. feudo. & Alexan. in l. si idem ff. L

de

de iurisd. omnium iudi. Et opinio Bartol. in leg. edita, post medium vers. sed iuxta hoc quæro, &c. & in l. libel. lorũ. §. sed & si aliud. ff. de accus. vbi tenet q; plures actiones vel accusationes diuersæ specie cõtra eundẽ in eodẽ libello cumulari possunt ar l. non est nouum. ff. de acti. empt. reprobantur à Doct. qui contra Bar. est glos. in c. dispendia. versic. personalis, sn prà de rescript. eod. li. & tenet Salyc. in le. si quis homicidij. C. de accusat. dicens opin. Bar. iure non probari. refert & sequitur Alex. in d. l. si idem. in prine. per illum tex. Et an in odiosis admittatur cumulatio vide glos. quam faciunt ibi Bart. & Ludouic. Bolog. singul. in l. vbi fideiuss. ff. de solut. & Bart. in l. ij. §. j. ff. de condit. instit. & Bal. in l. sancimus. §. si quis autem. C. de donat. & Alexan. in d. l. si idem. colum. ij. & adde hic Abb. x. col. in c. ij. col. pe. & seq. de li. obl. & Spec. tit. de action. & petit. §. ij. versi. notandum etiam. & vers. sed nunquid præsens, & simul, &c. aliquid per Bar. Ang. in repetit. & ibi Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poss. & Rom. in consil. incip. viso themate. & in consi. 412. colum. 3. versi. an libellus. & Alex. consi. lviij. circa princi. l. v. & Ludoui. Bolog. in l. nemo. §. quoties. ff. de regul. iuris. in secundis interpret. & Paul. de Cast. in consi. excij. colum. ij. incip. visis & consideratis. ij. volum. nouorum. & Barbat. post Docto. in repetit. c. Raynaldus. fol. 32. col. iij. in fi. de test. & decis. Parlam. Delphin. cxliij. & ibi in addit & de odiosis, & pœnalib. Cepol. in consi. 34. satis amplè, & adde Ioan. de Imol. in consi. cxij.

M Ignorantis. hæc thesis vera est & sic gloss. Docto. nec principium, nec medium, nec finẽ intellexerunt in materia cumulatiõis, quæ est merè practica, nec minus lapsi sunt, & se intricarunt, quàm in materia interesse: quæ et iam practica est: vt docui in extricatione labyrinthi. Veritas est, quod cumulatio actionum regulatur à cumulatione obligationum: nec est differentia propter causam lucratiuam & onerosam, nec propter sententiam absolutoriam vel condemnatoriam: nec l. fundum. ff. de exceptionibus in hoc fundatur: sed in sola litis pendentia ci

mai

maioris. Et sic cumulatio regulariter permittitur: quæ est triplex: coæqualis, alternariua, & subordinata: vt dixi ad l. edita. C. de eden. C M.

Contrarium, Adde, quòd conuentus vna actione cũ N possit pluribus conueniri, debet prius ab alijs absolui, quàm condemnetur. tex. est quem Lud. Rom. in suis singul. col. 4. fol. 3. versi. aduerte. dicit esse vnicum. in l. si pupillus. ff de ann. leg. licet videretur secundum eundem secus, quia electione vnius ab alia liberatur. vt d. l. quod in hærede. §. eligere. sed illam. l. si pupillus. non potui in libro meo inuenire.

Competens, Adde, quòd actio noxalis competit in so- O lidum, si seruus domino sciente deliquit: secus si illo ignorante, quia tunc deditione serui liberatur. l. j. ff. de noxa. & tradit Iaſ. in §. prętereа. col. xij. vers. ij. aduertite. instit. de act. F. C.

Cumulantur, An & quando petitoriũ concurrat cũ P possessorio, & vtrum possessor intentando rei vendicationem amittat possessionem, vide Iaſ. in §. æquè col. xj. vers. circa principium. & col. iij. vers. circa secundum. instit. de act. F. C.

Parit. Adde eundem Dyn. in c. qui ad agendum. circa Q fi. infrà eod. & in hac eadem. re. versi. ad tertium. & Ab. & alios in c. de causs. poss. & proprie. F. C.

Proponuntur. Adde an in eodem libello possit cu- R mulari hypothecaria & personalis. Lud. de Ro. in con. eccl x. col. ij. versi. ij. dubitatur. & Doct in iuribus per Dyn. hic alleg. & singulariter in Decis. Parla. Gratianop. Delphin. cxviij. & Io. Fab. Ang. Aret. & Iaſ. in §. item Seruiana instit. de act.

Competat. Adde Iaſ. in §. curare. col. ij. in fi. & in §. sed S istæ. col. xiij. instit. de act.

Non possum. Idem omnes gl. & Doct. scholastici ma- T lè hæc iura practica intelligentes. Veritas est, quòd possunt accumulare per eadem facta: id est per eadem allegata in eadem instantia: & ita etiam practicatur in Gallia etiam sine literis regijs, nisi post articulos conclusos, quo casu opus est literis regijs. Non obstat. §. Varus quia

intellligitur in diuersis instantijs. vt dixi ad l. edita. C. de edend. C. M

V Præcedentes. Adde quando ciuilis actio possit cumulari cum criminali, Cyn. in d. l. j. C. quando ciuilis actio &c. & Bart. & ibi Alexand in addit. in l. ij. § j. ff. vbi bonor. rapro. & Bar in l. j. col. ij. vers. sed contra. C. de app. & in d. l. edita in repet. Perusina. C. de eden. & infrà in pen. apostil.

X Contraria. Hoc dictum Dy. explicat apertissimè Ias. in §. sed iud. col. x. versi. pro hac opin. fundandâ. & colli. xiij, & pro hac parte in stit. de actio. F. G.

Y Facit. Aliud enim est emendatio libelli, aliud mutatio, aliud cumulatio, prout declarat Ias in §. si minus. in gl. magna inst. de act. F. C.

Z Procedit. Libellus in certus an & quando admittatur vide Ias. in §. curare. in 3. no. inst. de actio. & in §. sed iste, super gloss. mag. versi. tertia ergo forma eod. tit. & vtro. biq; quid de disiunctiuà conceptio.

A Conclusio. Adde Bart. in l. omnes. §. Lucius. ff. de ijs, quæ in frau. cred. & in l. certum. § j. & ibi Alex. in addit. ff. de confess. & Cyn. in l. edita. in iij. q. C. de edend. Ang. Aret. & Ias. post. Ioan. Fab. in §. omnium. instit. de act. & Alex. in l. non hoc. col. j. vers. item not C. vnde cogn. & pulchrè Ludouici Bolo. in l. non debet. post Bald. ff. de do. Io. in secundis interpret. & Ang. Aret. in sti. de act. §. Ite si quis in fraudē. col. iij. vers. ex quib. & Bal. in l. præscriptio. C. si contra ius. & in l. domum, propè princ. C. de rei vend. & in l. ij. C. qui accus. non poss. col. iij. & Ang. consi. 223. & And. Barb. in rep. rubr. de fide instrum. col. 29.

B Personali. Adde quod actio personalis potest concurrere cum rei vend. pro re legata. etiam si dominium sit translatum in legatarium. quia actio personalis dabitur ad tradendam possessionem, & non ad dominiū transferēdum. & de hoc est glos. in § j. versic. sed nostra. in fi. de leg. quam faciunt sing. Bar. Bal. Ang. Alex. Fran. Aret. & Bar. Soc. in l. j. ff. de leg. j. Cy. & Bal. in l. j. C. cōmunia de leg. Io. Fab. & Ang. Aret. colum. iiij. & ibi Ludo. Bol. in

in suis primis interpretat. in dict. §. primo. versi. sed nostra.

Reo principali. Adde an sententia lata contra principalè præiudicet fideiussori, vt posset fieri executio cõtra fideiussarem, vel contra sententia in fauorem fideiussoris prosit principali, Bar. & Doct. mod. in d. §. Item à fide iussore. & Bart. & Alex in addit. in l. a sententia. ff. de appellat. & plenè in l j. & ibi Alexan. in addit. ff. iudic sol. & Cyn. Bald. Salyc. in l. fina. C ff. de vsur. rei iud. & Bal. & Angel. Aret. in §. fin instit. de satisdat. & Alex. consil. 31. col. iij. versic. ergo lib. ij gloss. in cap. j. supr. de iniur. eod. libr. Specul. titul. de execut sentent §. sequitur versicul. quid si sententia & quæ not. Felyn. in cap. si cautio. in fin. versic. & ista faciunt de fid. instrument. & decis. Parlament. Gratianopolit. Delphin. quæst. 26. quæst. ccxv. C

Dato. Sic idem Dyn in cap. mora. sub num. 22. infra eod. F. C. D

L. fin §. Lucius. Vide ibi Bar. & Bald.

De iureiur. Adde quando iuramentum patris super obligatione prosit filio gloss. Bartol. Paul. de Cast. Alexand. & Ias. in leg. qui iurasse. §. si patet hic alleg. & gloss Bartol. Bald. & Alexand. in leg. si tibi §. si pactus. ff. de pact. E F

Absolutoria. Adde Cyn. in l. j C quando ciuilis actio crimin. præiudic & Bart. in l ij. § j ff vi bonor rapt. & in l. si duo patro. §. idem Iulian. col j. ff. de iureiur. qui allegat Dyn. an absolutoria lata in ciuili faciat præiudiciũ in criminali vel econtrà. de quo vide per glossam & Doct. maximè Bald in l. ex morte C. ad l. Aquil. & Bald in l. j. C. ad l. de plagiar & per Imol. in l interdum. ff. de public. iudic. & Doct. præcipuè Ant. de But. Imol. & Fely. col. ij versi. limit iii c. de his de accus. & per omnes in c. cum dilectis de purg. canon. G

Absolutio facta. Adde, quod vbicunq; apparet malè esse actum ex vna causa. & hoc apparet ex actis, & ex iisdem apparet, quòd ex alia causa benè potuisset agi, non potest iudex ex illa, apta causa aondemnare, sed H

debet absoluere reum, & nihilominus ipse iudex in sententia sua debet seruare parti ius agendi competens sibi ex alia causa, tex. est valdè sing in l. Bebius Marcellus ff de pact. dotal. de quo facit festū Bal. in antiq. lect. & in l. j. in fi. C. de pig. act. & Bal. in auth. sed & si quis. column. vltim. C. de secund nupt. & Barb. in cap. examinata. de iudic. & Anton. Corset. in suis sigul. in verbo iudex.

In Regul. Quod semel. Argumenta.

1 *Iudex sententiam, quam semel protulit, nunquam mutare poterit.*
2 *Sententia lata, si nulla sit, à quo denuò proferri poterit.*
3 *Confessio facta in iudicio non potest retractari.*
4 *Confessio extra iudicium emissa an etiam sine causa lædet.*
5 *Donare præsumitur qui indebitum soluit.*
6 *Promissio & solutio paria sunt.*
7 *Donatio non inducitur, si ab vtroq; nulla obesse causa scitur.*
8 *Indebiti soluti quando repetitio concedatur.*
9 *Confessio facta in iudicio quando reuocari possit.*
10 *Contractuum ea est natura, vt semel initi non facilè possint reuocari.*
11 *Contractus quando, & qui pœnitentia possint retractari,*
12 *Electio semel facta non facilè est cassanda.*
13 *Hæreditas quæ semel aditione apprehensa est, repudiari non potest.*
14 *Institutio hæredis potest pœnitentia cassari.*
15 *Testator an sic disponere valeat vt reuocare nequeat.*
16 *Testamentum secundum, quando deroget primo, aut contrà.*
17 *Reuocatio generalis quid operetur, & quid specialis.*
18 *Posteriora quando derogent prioribus.*
19 *Testamentum posterius sic se habet ad prius, sicut stipulatio nouans ad nouandam.*

20 *Argumentum de contractu ad vltimam voluntatem qualiter valeat.*
21 *Testamentum posterius sic se habet ad prius, sicut lex posterior ad priorem.*
22 *Lex posterior licet generalib. verbis concepta, tollit priorem.*
23 *Reuocantur facilius, quæ dependent ex voluntate vnius tantum.*
24 *Voluntas prima, quando præualeat vltimæ.*
25 *Speciale illud dicitur, quòd à generalitate abstrahitur.*
26 *Testamentum primum quibus verbis reuocari soleat.*
27 *Testator non potest in primo testamento facere, quo minus ei liceat secundum condere.*
28 *Contractus an fieri posint in testamento, & an reuocato testamento ipsi permaneant.*

REGVLA XXI.

QVod semel placuit, amplius displicere non potest.

†In sententia potest poni exemplum huius regulæ, A nam ex quo semel placuit iudici, certam ferre sententiam, non poterit vlterius displicere, B vt per hoc possit eam mutare, siue sit æqua, siue iniqua, vt ff. de reiud. l. iudex. & l. Paulus. j. & l. post rem. & l. cum quærebatur. & de quæst l. j. §. fi. C & de pœ. l. diui fratres. Sed cõtra hoc C opponitur de l si præses. C. quomodo & quando iudex. cum simil. †sed dici solet & debet, referre vtrum sententia non teneat ipso iure, & tunc ipse idem si est ordinarius, potest secundò D pronuntiare si delegatus, pronũtiabit delegans: E vt C. quomodo & quando iudex. l. si præses & l. si vt proponit: & de accusat. l. iiij. sed si teneat ipso iure, licet iniquitatẽ contineat, non potest per eundem iudicem reuocari, vt in ll. præalleg. & ff. de reiud. l. quod iussit. & C. de sentẽ. l. post sententiam tamen potest appellari & per iudicem appellationis de iniquitate F cognosci, & cognita iniquitate sententia corrigi, vt ff. de reiud. l. præses, & l. cum prolatis. & de appella. l. e. j.

3 †Item potest poni exemplum in confessione tam in iu-
dicio cum caussa vel sine caussa, vtraq; enim est obliga-
G toria. G vt ff. de interro. act l. .. quàm extra iudicium, cũ
caussa tamen legitima, vt C. de non num. pecun. l gene-
H raliter aliàs appellatur indiscreta & non obligatoria, H
vt ff. de prob. l. cũ de indebito. ϛ. fin. & de doli excep. l. 2.
4 §. circa. †Sed ponitur contra hoc, quod valeat extra iu-
dicium etiam sine caussa. ff. de pactis. l. tale pactũ. in prin
cip. Sed dicas, quòd aut ad liberandum, aut ad obligandũ
I procedit talis confessio. Si ad liberandum, valet l etiam
sine caussa. vt in l. tale pactum. si ad obligandũ, non va-
let, si caussam non habeat annexam, vt d. l. cùm de inde-
bito. & d. §. circa. Sed oppono, quon etiam ad obligandũ
5 valeat †vt in indebito soluto, quasi tacitè videatur ha-
6 bere caussam donationis annexã. †quia promissio & so-
K lutio paria sunt, K vt C. ad l. Falc. l. dn & ff. de dona. l. si
par onus. § de illo. sed solutio eius, quod est indebitum
a sciente procedens, inducit præsumptionem donatio-
L nis L vt ff. eo l. cuius per errorẽ, ergo & promissio †Sed
7 distingue, quia aut vterq; sciebat caussam nõ subesse, &
tunc non inducitur donatio. quia in pari caussa melior
est caussa conuenti quàm agentis, vt ff. de verbor. oblig.
l. si seruum. §. sequitur, & infra eod. cap. in pari. sed quan
do soluo sciens indebitum ei, qui similiter sciebat inde-
bitum donare videor, & repetitio denegatur. Diceret
quis? Quare cum vterque scit caussam non subesse, fact
lius denegatur repetitio, quàm concedatur petitio? Re-
spõsio prompta est: quia in pari caussa melior est caussa
conuenti quam agentis, vt dictum est. †Cum ergo sint
in pari scientiæ caussa reus & actor, sequitur quod repe
titio soluti negatur & petitio promissi sed quando cre
ditor crederet subesse caussam reus, qui confitetur sciret
non subesse videtur ex caussa donationis confiteri. & id-
eò esset efficaciter obligatus ar. ff. de oper. liber. l. Cam-
panus & not in prælleg. §. circa. Item opp. quòd displi
cere possit, quod semel placuit, etiam in iudicio confitẽ-
do, vt ff. famil. hercis. l. cum putarem & C. de iuris & fa-
ct ignor. leg. cuor. †Sed dicendum est, quod aut con-
2 stat

stat confitentem erasse, aut constat non errasse aut dubitatur, primo casu aut errauit in facto, aut in iure, vt plenè dictum est, suprà eod. in c. ignorantia. Secundo casu non potest reuocari confessio, M & ita loquitur regula. Tertio casu præsumitur, in dubio nõ errasse, quia nemo existimandus est dixisse, quod non mente cogitauit N ff. de suppel. leg. l Labeo §. idem Tubero. †Item poni potest exemplũ regulæ in contractu, quod enim semel placuit in contrahendo, amplius displicere non potest vt C de action. & obli. l. sicut. & de rescind. vendi. l. de cõtractu, licet tunc obstat. ff. fie cond ob cauf. l. si pecuniã, vbi contrahentibus licet pœnitere. Sed dicendum O erit quod differentia est inter contractibus nominatos & in nominatos. †Nam in contractibus nominatis non licet regulariter pœnitere, licet fallat in casibus qui notãtur in præalleg. l. sicut In contractibus verò innominatis: aut res est integra ex vtraq; parte, & tunc vtriq; contrahentium pœnitere licebit, aut contractus est vestitus per alterutram partiũ, & tunc vestienti licebit pœnitere, alteri non, vt plenè tractatur in d. l. si pecuniam. ff. de condi. ob cau. †Item poni potest exemplum regulæ in electione. P Nam postquam in scrutinio nominaui ali quem, & electio fuerit subsecuta: vel postquam præstiterõ consensum electioni ab alijs celebratæ, nõ possum vlterius impugnare, nisi ex causis postea emergentibus, vel nisi morum electi antea celata de nouo pãdatur improbitas, seu alicuius alterius latentis vitij vel defectus, quẽ verisimiliter ignorare potuerim, veritas reueletur: vt sup. de elect. c. nulli licere. lib. vj. & apparet. ff. de legat. j. l. serui electione: & l. huiusmodi. §. Stichum. & de legat. ij. l. statu liberũ. §. Stichum. & de optio legat. l. apud Ausidum. & de decur. l. fin. & ar. de confirm. tut. vel cur. l. in confirmando. cum l sequen. Sed contra hoc est. ff. de le ij. leg. vnum ex familia. & leg. cum pater. §. à filia. Sed in illis ius eligendi non competebat de præsenti, sed totaliter erat in tempus mortis ideò non consumitur per primam electionem. vt ibi apparet. †Item potest poni exemplum in hæreditatis additione, nam ex quo

M
N
O
P

ſemel hæreditas placuit adeundo, non poteſt poſtea diſplicere repudiando, vt C. de repud. hæredit. l. ſicut maior
Q & hoc verum eſt de iure communi: ſed per reſtitutionē Q in integrum repudiari poteſt à minore vt ff. de acquiren. hæred. l. ſi minor. & l. neceſſarijs. & de minoribus. l.
R ait Prætor. §. ſed ſi hæreditatem. & l. & ſi ſine. §. reſtitutus. Item poni poſſet in delatione iuriſiurādi, R vt C. de iureiu. l. ſi quis iuſiurandū Itē in cōſenſu habitio ad confirmandum alterius factum, vt ff. de aqua pluuia arcen. l. in diem & de diuer. & temporal. præſcrip l. de acceſſionibus. Sed contra regulam videtur. ff. de iure condicil.
4 lor. l. diuus. §. licet. & de leg. j. l. ſi mihi & tibi. §. in legatis. & de leg iij. l ſi quis in principio teſtamenti. †vbi q ſemel placuit inſtituendo hæredem vel legando, poteſt poſtea diſplicere inſtitutionem vel legatum reuocando. Sed dicas, q aut voluntas prima fuit obligatoria, aut alicuius iuris voluntati competētis excluſoria. Primo caſu habet locum ſimpliciter regula: quia ſufficit ſemel velle ita quòd pœnitere non licet. vt d. l. ſicut. & ibidem not. & l. de acceſſioni. & quorum lega. l. j. §. prodeſt. Secūdo caſu regula non vendicat ſibi locum, vt præalleg. §. licet. & §. in legatis. & l. ſi quis. in principio teſtamenti,
15 †Sed nunquid poterit teſtator ita diſponere. quòd non liceat reuocare, vt quia dicit in teſtamento primo, quòd ſecundum non valeat. niſi fuerit ibi de verbo ad verbū
S poſita ſalutatio S Virginis Mariæ. poſtea fecit ſecundū & reuocauit omnem aliam vltimam voluntatē, & omnia verba derogatiua vſitata. quæ continentur in eadē, dubitatur vtrum valeat primum, vel vltimum? Et videa
16 tur. quod præualeat vltimum: †quia voluntas poſterior licet ei videatur per priorem derogari quantum ad verba in priori prolata, præualet primæ, vt ff de leg. ij. l. fin. in princ de iure codicil l. diuus. §. licet Ergo licet in teſtamento primo, derogatoria verba prolata fuerint, tamen ex quo apertè apparet de voluntate teſtantis in vl
17 timo expreſſa videtur vltimum præualere. †Præterea id operatur reuocatio generalis quantum ad omnia, q ſpecialis operatur in ſpeciali cui foret applicata, arg.

ff. de

ff. de adminiſt. tut. l. ſi duo & de acquiren. hæred. l. ſi ſer
uus eius. C. de præſcrip. 30. vel 40. an l. omnes. & de qua-
drien. præſcrip. l. ij. ſed. conſtat quod reuocatio ſpecialis
facta de primo faceret ſecundum valere, vt leg. ſi quis in
principio teſtam. de l. iij. ergo reuocatio generalis expreſ
ſa in vltimo videtur tollere primi teſtamenti effectum
†Præterea verba derogatiua in primo teſtamento prola 18
ta generalia fuerunt. Item prolata in vltimo ſimiliter
ſunt generalia: vnde quia in pari cauſſa generalitatis
ſunt, videntur in dubio poſteriora præferenda, & præua
lere prioribus: vt ff. de leg. j. l. ſi mihi & tibi. §. in legatis.
& de adimen. lega. l. iij. §. fin. C. de fideicommiſſ. l. clari.
& de vulg. & pupil. ſubſti. l. ſi quis cum. & de manumiſſ.
teſtament. l. ſi peculium. §. j. †Præterea quantum ad tol- 19
lendum ſubſtantiam & effectum ſubſtantiæ præceden-
tis ita ſe habet poſterius teſtamentum ad prius, ſicut po
ſterior ſtipulatio, quæ nouat ad priorē nouata m. quod
patet, quia ſtipulatio, quæ nouat ipſo iure aliā tollit, vt
d. §. pactus ne peteret. ſic etiam poſterius teſtamen. tollit
primum, vt ff. de iniuſto teſtam. l. ij. & innuitur. in l. hac
conſultiſſima. §. ſi quis autē. & l. ſancimus. C. de teſta. ſed
poſterior ſtipulatio ita ſe habet ad priorē, quod in gene
ralitate concepta omnē priorem, & omnē eius effectum
tollit. vt ff. de accep. l. & vno. §. eius rei. & inſt. quib. mod'
toll obli. §. eſt aūt prodita. Ergo poſterius teſtamentum
ita ſe habet ad primum, ꝙ ſub generalitate verborū pri-
mum & oēm eius effectum tollit. †Præterea licet argu- 20
mentari de contractu T ad vltimam voluntatem quaſi T
de minori ad maius affirmando, vt de le. j. l. ſeruū filij.
§. cū qui chirographum, ſed in contractu licet ſub gene-
ralitate verborum omnia præcedentia tollere. vt ff. de
tranſact. l. non eſt ferendus, & de verb, obli. l. qui Romæ.
§. duo fratres. Ergo multò fortius licebit ſub generalita
te verborum tollere effectum præcedentium in vltima
voluntate. †Præterea ita ſe habet teſtamētum poſterius 21
ad prius, ſicut lex poſterior ad priorē: quia voluntas te
ſtatoris lex eſt vt in auth. de nup. §. diſponat. †ſed lex po 22
ſterior ita ſe habet: quia tollit priorē, licet ſub generalib.

V verbis V concipiatur, ſicut ſi conciperetur ſpecialibus, vt in præalleg. l. ij. de quadrien. præſcript. & d. l. omnes. de præſcrip. 30. vel 40. ann. Ergo ita tollit vltimum te-
23 ſtamentum primum. † Præterea facilius reuocãtur quæ dependent ex voluntate vnius, quàm plurium. vtff. eo. l. quoties vtriuſq; ſed quæ dependent ex voluntate plu-
rium, vt contractus reuocantur etiam per generalitatẽ verborum, vt dictum eſt: ergo, &c. Item pro hoc. ff. loca.
24 ri. l cùm in plures. §. locator. † Econtrà quod primũ valeat, videtur quia quando prima voluntas eſt derogatoria vltima, prima præualet niſi fuerit ſpecialiter reuoca-
ta: ſed hæc non fuit reuocata ſpecialiter ſed generaliter, ergo videtur, quod prima præualeat. & pro hoc eſt aper-
tè. l. ſi mihi & tibi. §. in legatis. videtur enim aperte dice-
25 re, quòd oporteat ſpecialem mentionem fieri de primo & qualitate eius. † Præterea illud appellatur ſpeciale, q eſt à generalitate abſtractum vt ff. de legat. iij. l. ſeruus vr-
banis. §. fin. & detriti. leg. l. ij. & de ſupe. leg l. legata. & ſi quis in ius vo l. j. & ſi quis caut. l. ſed & ſi quis. §. quæſi-
tum. & de iniurijs. l. item apud. §. hoc edictum. & de pu-
bli. l. j. §. dixerit aliquis. & §. vnde quæritur. Ad idem fa-
cit, quod not. de flumi. l. quo minus. & de appella. l. ſi ex
preſſim. ſi ergo lex requirit, quod ſpecialiter ſe pœnitere dicat. videtur requirere, quod deſcendat ad ſpecialitatẽ
29 verborum. & generalitate diſcedat. † determinãdo videtur dicendũ, quod ſi quis diceret ſecundum valere fortè non erraret: quia in auth de teſt. imperfect. §. & ſi quidem. non videtur requirere, quod præcedens teſtamentum ſpecialiter reuocetur, ſed videtur ſufficere expreſſa reuocatio per generalia & conditionalia verba, ſiue dubitatiua: & non aſſertiua, dum dicit hoc ipſum expreſſim ſignificare: quia ſi fecit quondam talem voluntatẽ non tamen eam vlterius valere vult: tamen ego dicerem
X X quòd requiritur reuocatio ſpecialis teſtamenti primi ſequentis derogatorij, vt prædicta l. ſi quis in principio
27 teſtamenti. ibi, niſi ſpecialiter dixerit, &c. † Sed ſi ſpecialiter reuocaret primum vltimum derogatorium nõ eſt
Y quæſtio, quòd vltimum Y præualeret: quia nõ potuit ſi-

bile-

bi legem imponere à qua discedere non liceat. vt d l. quis in principio testamenti. † Sed si non staret in finib. vltimæ voluntatis, sed transiret ad naturam contractus tunc esset irreuocabilis, vt ff. de donat caussa mort. l. vbi ita donatur. quòd autem fieri possit illud in testamẽto, quod in contractu. A patet de assign. lib. l. assignare. & not. de testament. l. hæredes palàm, §. fi. Si ergo donaret vel venderet hæredi præsenti, vel eo absente alteri, & eo recipienti, sub ea conditione, si testamentum reuocari contingat, habebit donatio vel venditio effectum irreuocabiliter in eum casum, in quo testamentum reuocari contingeret. 28 Z A

ADDITIO.

Exemplum huius regulæ. Istam regulam limitat idem Dyn. in capit. præstat. infra eod. vt non procedat, quando quòd primum placuit, nullum effectum sortiretur. F. C. B

Displicere. An saltem possit eam interpretari in c. cõtra. nu m. 8. infrà eod. F. C. C

De quæstio. L j §. fi. Vide ibi glo. in verbo non potest, quæ multos addit tex. concordantes. G. S. D

Secundo Adde an iudex possit corrigere sententiam suam glo. Bar. & ibi Alexan. in addit. Ang. Aret. in l. ab executore. ff. de appel glo. & Archid xxxv q. x. in summa & in §. de ita, in eadem caussa & quæst. & in c. nouit. de iudic. & omnes Docto. in leg. iudex. ff. de re iudi. & in l. si vt proponis. C. quomodo & quando iudex. Innocent. Abb. & ibi Felyn. in cap. qualiter & quando. in j. notab. de accusat. vbi ponit regulam eum xij. fallent. & plus Bald. & Salycet. post. gloss. in l. hac lege. C. de sententi. ex pericu. recit. & quomodo iudex lata sententia possit incontinenti aliquid facere, saltem quo ad expen. & quo ad alia accessoria. Alexan. consi. 119. in j. & ij. colum. in ij. vol. vbi reperies plures alleg. & Alex. in l. Paulus ff. de re iudic. & l. iudex. & Lud. Bolog. in suis primis interpr in d l. Paulus & Specu tit. de senten. in §. v. & Innocent. in c. auditis. de procurat. & Ludo. de Roman in consilio 307. & Alexand. consilio 90. libr. j. & Domini

dc

de Rota. decisione 341 titulo. de re iud. in nouis. & de cis. Parlamen. Delphin.

E Delegans. Idem Iacob. Butr. Bar. Bal. Saly. Paul. d. l. si vt proponis. & omnes vbiq; sed errant: quia imò idē iudex indistincte potest denuo iudicare etiam delegatus, nisi reuocetur, vel alij committatur: vt in d. l. & dixi in nouis intellect. C. M.

Iniquitate. Adde, quod sententia nulla potest reformari per iudicem appellationis, qui de nullitate cognoscit. Alex. in consil. 79 per totum, & in consi. 122. in vlt. col. vers. insuper posito lib ij.

Obligatoria. Adde Anton. de Butr. Abb. Moder. in c. si cautio. de fide instrum. & Bal. in rub. C. de confes. & in l. j. col. x. eodem tit, & in l. mater in ij. col. C. de rei vend. & Imol. in l. à Titio. ff. de verb. obl. & Paul. de Cast in l. hoc iure. ff. de don. & in l. diuortio. ff. de ver. obl. Bar. in l. nuda ratio. ff. de donatio. & Ang. consil. 25. incip. pro quæstionum decisione. & Alex in consil. iij. col. iij. & sequen. libr j. & in addit. ad Bart. in l. cum de indebito. §. fin. ff. de probatio & Ferrarien. in forma libelli quo agitur vt pacta seruentur in j. gl. & Ioan. Bapt. de S. Seuerino in tractatu de pactis. in quæst. xiij. in princ. vers. vlterius infert, in quibus locis scribentes tenēt quòd promissio extra iudicium facta etiā sine caussa discreta vel specificata videtur facta animo donandi, vt tenet hic Dyn per l. Campanus. maximè si in promissione sunt adiecta verba, ex certa scientia, tunc præsumitur caussa donationis, secundum Bal. Alexan. & Doct. suprà alleg. de quo pulchrè per Felyn. in eodem c. si cautio vbi ponit regulam, quod confessio, vel promissio est inefficax de iure canonico, vt d. c. si cautio. & etiā profectò de iure ciuili. vt d. l. cum de indebito. §. fi. ff de probatio. & duobus modis ampliat dictam regulam & ponit ad illam xvj. fallent. & in vj. fallen. tenet cum præcedenti allegando hic Dyn. quòd confessio facta in iudicio siue caussa valet quia præsumitur sic libertate facta. & in iudicio quasi contrahitur, vt l. iij. §. idē scribit ff. de pecul Et tenet Ludouic. Rom. in consi. cliij. & vide Cyn. & ibi Bal.

in l.

in l. generaliter C. de non numeran. pecun. & Lanfra[illegible] de Oriano in repetit. c. quoniam contra. in verbo, cõfessio versi. vidimus supra de probat & Alexand. in addit. ad Bart. in l. sicut C. de actio & Ioan. Fab. Ang. Aret. & Iaſ. de Mayno in §. ſi minus, in prima gloſſ. inſtitu. de actio. Alexand de Imol. in d. l. à Titio. Et quando confeſſio extra iudicium facta noceat, Bald. conſi. cxcviij. ante finem libri primi, & an noceat fauore animæ, vide glo. & Ludouic. Bolog. in cap. quoties. j. q. vij. in ſecundis interpretationibus, & in materia vide Bal. conſi 124. in fi. & conſil. cliij. verſic ſed contra. colum. j. lib ij. & Ludouic. Rom. conſi 372. & Alexan. conſil. 73. col. vlt. lib. j. & in conſil. 13 colum. j. cod. lib & conſi. 69. colum. ij. verſi. quinimò. lib. iiij. quod eſt multum ſing. & Bald. & Alexan. in l. ſicut. C. de repud hæred Et quæ actio oriatur ex confeſſione iudiciali, & extraiudiciali: ex iudiciali, vtilis actio confeſſoria: tex. eſt ſing. & ibi Flor. in l proinde. § ſi procurator. ff. ad l. Aquil. licet ſecus de extraiudiciali. vt l. Publia, in fin. ff. depoſi. & tenet Lud. Rom. ſing. 22. incip. ex confeſſione.

Non obligatoria Hoc verum niſi fiat in mortis articulo: vt tradit Thom. Grammat poſt Ant. de Butr. ab eo relatum in conſilio j. de fori iudicatione. nu 17. vel niſi eſſet geminata. tunc enim præiudicaret, ſicut facta in iudicio ſecuddum Bart. in l. cum ſcimus. C. de agric. & cenſit. lib. ii. F. C. H

Valet. Ratio eſt, quia debemus eſſe proniores ad liberandum quàm ad obligandum. l. Arrianus. ff. de action. & oblig. G. S. I

Paria ſunt. Idem tenet gl. in l. poſt diuortium mulieri. ff. de iur. dotium. & tenet Iaſ. in §. in perſonam. col. 14. num. 37. inſtit. de actio. G. S. K

Præſumptionem donationis. Quibus ex coniecturis colligatur aliquid fuiſſe factum animo donandi, vide Iaſ. in l. cum quid. col. 4. poſt Bar. ibi. ff. ſi cer. pe. F. C. L

Confeſſio. Adde quando quis poſſit reuocare confeſſionem per errorem in iudicio factam, Bart. in l. non fatetur. ff. de confeſſis. glo. & Lud. Bolog. in c. ex literis. de M

diuor.

diuortijs. in primis interpret. Bal. in c. ex parte. de cõfes. & Card. Alexan. in c. ij. co. iiij. distin. & Alexan. in cõsil. 47 colum. viij. versic. ij. respon. lib. j & in consi. xc. colum. ij. versi. hoc probo. eod. lib. & Bald. in l. Gallus §. quidam rectè. colum. ij. ff. de liber. & posthu. & Felyn in c. cum dilecti colum. vj. de accusat. & in proœmio. Decreta. colum. j. ante fin & Alex. in addit. ad Bart. in d. l. cum de indebito. §. fin. & in consi. cxix. lib. iij vbi ponit quando dicatur reuocari incontinenti & quid si est acceptata per partem aduersam, an possit reuocari, & in consi. cxij. in iij. colum. in princ. & in versicu. non obstat illud. & in v. colum. versic. præterea & Lud. Rom. consi. 484 & omnes scribentes in d. c. ex parte. & Io. de Plat. in l. si ille versic. item tibi. C. decurionibus. lib. 10. vbi etiam dicit, quòd error potest reuocari vsque ad sententiam ipso iure, sed post non, nisi per restitutionem. pro quo vide gl. & Bart in l cum fideicommiss ff. de confessis. & Alex. in l. quicquid. in fine. ff. de verborum oblig. & Lanfrancus de Orano in dicta repetitione, capit quoniam contra. in verbo confessiones, in vltim. quæstion. & Cepol. cautela. 69. not. & Abb. consilio. 17. volumine secundo. & Andre. Barb. in repetit. rubr. de fide instrument. colum. 16. in princip. vbi ponit, quid intẽste.

Adde omninò Lanfrancum in alleg. versicu. confessiones num. 32. versi. pro varietate in uestigãda. vbi plenè an sufficiat in reuocatione probare rem aliter se habere. & quid in sui procuratoris, seu administratoris & quid si scienter sit emanata, vel circa præparatoria iudicij & ante litis contestationẽ, vel circa decisoria & quãdo dicatur in iudicium emanata, not. ibi Lanfran. vbi supra paulò ante ver. si. non dimittendum. & in apostil. in versic. in iudicio.

N Cogitauit Idem not. glo. in l quia arbiter. in princi. ff de arbitris. Gab. Sar.

O Sed dicendum. Adde quando in contractibus nominatis vel innominatis sit locus pœnitentiæ gloss. Bart. Bald. & Alexan. in d. l. si pecuniam. & Felyn. in c. præsen

tatã.

tata.colum.ij. de testibus. & Ioan. Bapt. in tracta. de pactis. in quæst. vj. principal. & Cyn. Bar. Bald. & Salyc. in d.l. sicut. & an in feudo habeat locum pœnitentia, & in contractibus, vide Bald. consil. clix. col. penult. & in consil. cccl xxix. in princip. lib. j. Bartol. & Alexand in l. quic quid. de verborum obligatio. & Alexand. consilio xl. in princip libri primi, & Lu Iouicus Roma in repetit. authent similiter column, ix. versicul. xviij. C. ad legem Falcidiam. & Angel. Aretin. in §. his itaque. in fine institut. de iustit. & iur. & Bald. consil. xxxij. libr. iij. Et nota quãdo variatio est prohibita in Papa Clericis, & Principibus pulchrè per Felyn. in cap. cum olim. colum. iij. de reiudic.

Electione. Adde quando post publicationẽ electionis F fit locus variationi gloss. Bart. Bald. & Alex. in l. dotem, ff. solut. matri Ioan. And. & Abb. in c. publicato de elec. vide c. perpetuæ, suprà. eod. tit. lib. vj vbi potest variari, quando nõ sequitur electio ex consensu in scrutinio habito. & Ioan. And. & Abb. in sua distin. in c. caussam. de elect. circa fin. & Card Alexan in cap. quanto. lxiij. dist. sed an in contractibus & vltimis voluntatib. siue legatis facta electione admittatur variatio, vide Bart. Bal. Imo. & Alex. in l. quicquid. ff. de verb. obli. & Bal. in l. de die, ff. qui satisf. eog. & in d. l. serui. electione. in princ. & in d. l. huiusmodi. §. Stichum. de leg. j. Et vide Alex. in l. si ex toto. §. fin. in glo. fi. ff. de leg. j. & Alexan. & Soc. in d. l. serui electione. post Bartol. & Dyn. in reg. mutatur infra eod. in princ. & Bald. in consi. xxxiij. in iij. vol. & Abb. in consi. 9. vol. 2.

Adde pro primo membro huius apost. Bal. in l. 2. §. fi. in fi. vers vlt, Dynus inducit hunc tex. c. cum l. istum. in l serui. & ibi posui in apost. in vers. non possint eligere. ff. de leg. j. & not. in apost. ad Iac. Rebuf. in l. præcepi. nu. 7. in vers. curia. col. 4 C. de cano. largit tit. lib. x. & in l. si quis num. j vbi etiam posui in addit. in vers. confirmata. C. de decu. cod. lib. & Car. omninò in cle. j. §. nos itaque. no. Ro. de iureiur.

Restitutionem. Adde Alexand. in l. sicut. & in l. fin. Q post

post Cyn Bar. Bal. & Pau. de Cast. de repud. hæred. & pulchrè Cep. in cau. 229.

R Iurisiurandi. An & quando iusiurandum delatum. si nondum iuratum fuerit retractari possit, vide Ias. in §. item si quis postulante. super gloss. in versi. iurauerit. Instit. de act. I. C.

S Salutatio Adde gl. & pulchrè Bar. in l. si quis in print. ff. de leg. iij. an & quando secundum testamentũ, in quo est facta mentio in genere, vel in specie, vel in diuiduo, de clausula derogatoria in primo testamento apposita valeat. Ang. Alex & Socin. singulariter in l. si mihi & tibi. §. in legatis. ff. de leg. vbi dicit Socinus, quòd triplex est clausula derogatoria, videlicet potestatis, solennitatis, & voluntatis. Et de ista vltima voluntatis clausula ponit hic Dyn. & Doct. in locis suprà alleg. & communis opin. Doct. est, quòd nõ sufficit generalis, scilicet nõ obstante quocunq; testamento. Nec requiritur illa individualis non obstante tali clausula derogatoria, quæ requirit appositionem orationis Dominicæ, vel alterius: sed sufficit illa specialis videlicet, non obstante quacunque clausula derogatoria. text. est in d. l. si quis in prin. in verbo specialiter, & hoc tenet hic Dyn. in prin. & ibi Bart. Ang. & Raph. Cum. & Fed. consi. xlvj. & Cy. & Saly. in l. sancimus. C. de testa. & Ang. consil. 312. & Cyn. l. j. C. de sacrosanct. eccle. & idem tenet. Card. in cle. j. de sepul. & Pet. de Anch. in c. j. de const. supra eod. lib. Paul. de Cast. & Ang. in authen. hoc inter liberos. C. de test. & Paul. in l. humanum. C de leg. & in consil. 281. incip. in facto præsenti ponam conclusionem in antiquis. & Arch. in c. vltima voluntas. 13. quæst ij. & Spec. tit. de instrumento edi. §. compendiosè & Alex. consil. 133. lib. j. & Rom. in cons cccxxxv. & Bald. consil. xliij lib. ij. & in consil. 72. lib. iij. licet in consil. clxxv. in princ. incip. quæstio mouetur. lib. iij. & in l. humanum. C de leg. & in d. auth. hoc inter liberos dicat, quod sufficit dicere in genere, non obstante quocunq; testamento. de quo vide per Doct. suprà alleg. & Ioan. And. in nouell. & Doct. mod. in d. c. j. de constit. suprà eod. lib. & Ang. Aret. in §.

ex

ex eo autem, colum. 3. in fin. instit. quibus modis testamen. infir. qui tenet supra communem opin. relatam. & Alex. & Doct. in l. ij. in prin. ff. de lib. & posth. Et an hoc sit verum, quando solum præcessit vnum testamentum, vel plura vide supra per Doct. & in d. l. ij. de liber. & posth. & in §. in legatis. & in l. si quis in princ. & in materia Io. Andr. hic & Paul. de Cast. in consi. cxcvij. in nouis. & pulchrè Cepolam in caut. 117. & Abb. consil. 41. & 48. libr. 2. Decision. Parlament. Gratianop. Delphin. quæst. cxxvij. & quæst. sequent. & ibi in addit. & in quæst. cc. & in addit. Adde omninò Bartol. consil xxj. incip. dicit & asseruit. & consil. clxvij. incip. quidam fecit testamentum. Felyn. de Senis consil. lxvij. alias lj. incip. habita super casu prædicto collatione. Bald. consi. clxxviij. volum. iiij. Angel. consil. cccxiij. incipiente, quædam Domina Maria. Paul. de Cast. consilio cccxlij. & Alexand. consil. vij. incip. videtur prima fronte. volum. 4. cui se subscripsit Ant. de Prato veteri. & de hoc dixi plenè in tract. meo Clausularum. in versic. derogatoria. versic. 9. & finali.

De contractu. Adde Dyn. & Imol. in §. eum qui chirographum alleg. hic per Dyn. & Ang. Aret. inst. de leg. Fus. cani. tol. & Iaco. But. & Guil. de Cag. in l. pactum inter hæredem ff. de pact & Bald in leg. conuenticulam. colum. 3. C. de episc. & ibi vide in quibus fit argumentatio multum notabiliter. & Alex. in l. j. §. huius 21. & 22. colum. ff. de officio eius cui manda. & Lud. Bolog. in l. si procuratorem. §. si ignorantes in secundis interpret. ff. mand & Andr. Barb. in repet. c. Ray. fo 17. col. 1 in fin. de testa. & gl. in c. j. de col. in versi. prouideatur. col. 1. fol. 18. in Prag. Sanct. T

Verbis. Adde, quod in legibus condendis sufficit generalis derogatio legum contrariarum, vt tenet Cyn. & ibi Bald. column. 2. versi. 2. quæro. & ibi Paul de Cast. in l. humanum. C. de leg & gl in l. Imperialis C. de nup. & in cle eos de sepul. & ampliſſimè dixi in tract. de off. & potest. domini leg in Francia. in j. q. Adde ad propositū eorum, quæ hic dicuntur Pan. in rub. de rescrip. num 2. V

& quod ibi posui in addi. ad eum, in versi. contraius. Poly in c nonnulli col. 12, vers. secunda reg. eod. titu. Phi. Fran. in c. j. nu. 9 & ibi posui in addit. ad ipsum in vers. contra de const. lib. 6. plenè & Pau. de Cast. cons. 53. Alex. consi. 2. 7 & 8. vol 5. & consi. 6. & 7. vol. 2. & dixi in tract. meo regularum. in versi. regu. derogatoria. versi. v. & in ver. non obstantib. ver. 17. & illic. addes. omninò Fel. vbi

X supra col. 6. vers. amplia secundo.

Dicerem Idem quod requiratur reuocatio specialis primi derogatorij, tenuit. Barto. in materia statutorum, in leg. omnes populi. in 3. quæst princip. col. 7. ff. de iust. & iur. & idem tenuit Cyn. in l. sancimus. C. de test. G.S.

Y Vltimum. Quid si iurasset illi primo testamento non contrauenire, vide gloss. in cap. vlt. 13. quæst. ij. & Ioan. And. hic. F. C.

Z Contractus. Adde, quod Bartol. in leg. stipulatio hoc modo in princ. ff. de verb. oblig. damnat hanc opin. Dy. in hoc. quod dicit Dyn. hic quod si testa. transeat in contractum, testamentum non potest reuocari hoc non placet Bart. quia talis donatio aufert liberam testamenti factionem, & videtur facta talis donatio in pœnam mutantis testamentum, & sic tanquam contra bonos mores non valet, vt d. l. stipul & ita dicit ibi Bar. Dy. consuluisse. licet hic teneat contrarium. & opin. Bart sequitur ibi & tenet Bald & Fnl. in l cum duobus. §. idem respondit. ff. pro socio. & Bart. in l. adeo. eod. titu. & Bal. in le. ex testamento C. de fidei, & in leg. hæredes palam. §. fi. & ibi Angel. Imol & Franc. Aret. column. iij. versic. sed relinquitur. de testa & Bartol. & ibi Alexan in additione incip sed si contingat. in l. si quis in prin. de legat. j. & Salyc in l sancimus C. de testa & pulchrè Alexand. in d. l. stipulatio colum. j & ista est communis opinio quæ. uis Old. consi. cxiij. & Con. in l. j. ver. vlti. C. de sacros. ecc. le. sequuntur opinio. Dy. hic. & Cyn. in l. cum antiquitas. C. de testa. vide Alex. in addit. ad Bart. in d. l. hæredes palam. § fin. & sing. Rom. in consi. 212. & Andr. Barb. in c. relatum. de testam & in ca 2 col. 2. vers. extra. de feud. dato in vicem leg. com. Rom. consi. 171. & Bart.

consi.153.lib.2.& in consil.180.eod lib.et Ludouic.Bolog.in d.l.hæredes.palam.§.fin.de testam.in secundis interpret.

In Regul. Non debet.
Argumenta.

1 *Mater non debet filium exhæredare propter delictum patris eiusdem.*

2 *Exhæredatio legitimè facta de filio nepotem excludit. & num.7.*

3 *Nepos ex filio exhæredato non potest testamentum aui dicere nullum.*

4 *Successorium edictum habet locum in querela.*

5 *Nepos quando ad querelam ex persona patris & quando ex sua vocetur.*

6 *Filius ob delictum patris an & quando plectendus. &*
9 *num.8.*

Filius an priuetur feudo ob paternum delictum.

REGVLA XXII.

NOn debet A aliquis alterius odio A
prægrauari.

Exemplum istius regulæ B ponitur. C de inoffic te- B
stam l.si quis in suo. §. legis autem. † vbi dicitur quod 1
mater non debet exhæredare filium propter delictum C
à marito eiusdem filij patre commissum. C Item, ff. de
bon.poss.contra tab.l.iij.§.si emancipatus. vbi dicitur.
quod si pater exhæredat filium propter caussam ingra-
titudinis ab eo cõmissam, illa exhæredatio nõ debet ob-
esse nepoti qui causam ingratitudinis non commisit, si
aliquo casu contingat inoffi. querelam ad nepotem
deuolui. Sed videtur falsum esse quod continetur in se- 2
cundo exemplo, † quia exhæredatio facta legitimè de fi
lio, nepotem excludit. quia si instituo vel exhæredo fi-
lium meum, non habeo necesse mentionem facere de
nepote nato ex filio. ff. de li. et posth. l.si quis posthumos
§.si filiũ et l.Gallus.§.in omni, et de coniug. cũ emancip.
li.l.§.si pater in potest. Respondeo, D et dico verũ esse † D
3

quod quandiu filius exhæredatus viuit, & potest ad quærelam vocari, excluditur nepos & cognatus. nec potest aliquo iure rumpere testamen. aui, licet ab eo fuerit præteritus, ex quo filius, licet exhæredatus vixerit post aui, vt in præalleg. §. si filium. Sed si filius exhæredatus excluditur à quærela per repudiationem tacitam. E vel expressam, † nepos vocatur ad quærelam ex vigore edicti successorij, quod habet locum in quærela. vt ff. de inof. fic. testam l. si is qui. & le. pater. † Item si filius exhæredatus moritur antequam excludatur à quærela. aut antè aut post. si antè, vocatur nepos ad quærelam ex persona patris exhæredati. Si post, vocatur nepos ex sua persona per edictum successorium. & ita debet intelligi prælegata. l. si quis posthumos. §. si filium. & de contra tab. le. iij. §. si emancipatus & de coniug. cum emancip. lib. le. §. si pater. & C. de inoffic testam. l. si quis filium. & iu authent vt cum de app. cognoscitur. §. si conuictus fuerit.

† Item clarè patet exemplū. vbicunq; cauetur. quod propter delictum patris filius puniri non debet. F nec aliqua macula filio infligitur arg. ff. sic pœ. l. crimē & de decur. l. ij. §. in filijs. licet fallat in crimine læsæ maiestatis & hæreseos. C. ad leg. Iul. maie. l. quisquis. & de hæred. auth. Gazatos. Sed contra hoc videtur, quod iure cauetur. q filij puniuntur propter iniustitiam patris. vt in auth. vt omnes obœd. iud. prouin. §. j. col. v. Sed ibi habuit respectum ad iustitiam diuinam, quæ aliquando punit filiū propter delictum patris, sicut ibi notari solet. † Item contra regulam videtur, quia iure cauetur, quod si pater exhæredat filium, exhæredatio nocet non solum filio, sed etiam nepotibus ex eo natis, & in eius potestate constitutis per quod patet, quod alterius odio alius præ grauatur. vt de bon. liber. l. quæritur. † Sed dicendū est, quod aut agitur de his quæ mediante ministerio filij acquiruntur patri. Aut de his quæ mediante ministerio filij non quæruntur patri. Si de his, quæ possint acquiri patri mediante ministerio filij, tunc habet locum regula contraria indistinctè, quia delictum patris nocet filio in potestate existenti, vt in d. l. quæritur. sed in his quæ me-

dian

diante filij ministerio non quæruntur patri, distinguendum est, quia aut eueniebant ab ipso patre, aut à genere vlteriori, aut à ciuitate, vel à rerum natura. Primò casu delictum patris nocet filio, in secundo & tertio casibus non nocet, vt ff. de interdict. & releg. l. iij. & de iure patron. l. diui fratres. & ita debet intelligi. C. de quæst. l. diuo Marco. & ff ad leg. Corn. de fal. l. si quis patris sui. † 9 Et propter hoc soluta est quæstio de qua dubitari solet, scilicet an filius debeat priuari successione feudi propter delictum patris, quia si erat paternum priuatur, si à rerum natura, vel à genere vlteriori G obueniens non priuatur, per l. iij. alleg. de interdict. & releg. Dyn. G

ADDITIO.

Non debet. Ad hanc regulam adde Dec. consil. 8. in principio. G. S. A

Regulæ. Adde an valeat statutum, quod aliquis teneatur pro delicto alterius, Iaſ. in §. actiones autem. col. 9. vers. extra gl. vſq; ad fin. Inſti. de actio. B

Commissum. Adde tamen, quod contra hanc æquitatem sæpè statuit rigor iuris ex causſa de quo vide gloſ. ord. j. q. 4. in ſumma & 22. q. 3. in ſumma. Innoc. in cap. grauem. & de ſent. excom. in fin. & per beatum Thomā. ij. q. clxviij. art. vlt. & Hoſtien. in ſumma de pœn. §. qui & quibus. & Oldrad. conſi. 76. incip. an delicto & Ab & Ioan. de Anan. in c. vergentis de hæret. & ibi Felyn. & latius in c. ius generale. col. pen. j. diſtin. & Doct. infra in vlt. apoſt. all. & in d. §. legis autem C. de inoffi. teſtam. & Ang. in conſi. cxcvij. & vide Part. in l. Gallus. §. quid ſi is. ff. de libe. & poſth. C

Reſpondeo. Adde quando nepos præteritus poſſit ex ſua perſona vel ſui patris exhæredati teſtamēto aut quærelare & dicere teſtamentum nullum, ſiue filius pater nepotis ſit excluſus à quærela. ſiue non, pulchrè Bart in d. §. ſi filium. Cyn. & Saly. in l. ſi quis filium. & ibi Bald. C. de inoffi. teſt. & Bar. in l. ſi emancipatus. ff. de bo. poſ. contra tab & Alex. in d. §. ſi filium. & ibi Bal. ad id, quod Dyn. hic dicit, quod in quærela inofficioſi teſtamēti ha- D

bet locum successorium edictum. vide Signorel. de Homodeis, Benedict. de Plumbi. et Angel. magistri Fran in eorum repetitionibus. leg qui se patris C. vnde lib. et Angel. Aret. in §. placebat. instit. de legit agn. success. et Bartol et Doct. in rub. C. de succes. edict. et Bart. in l. in suis vltim. quæstio. ff. de lib. et posthu. et in leg. si quis filium. C. de inoffi. testam. et in l. pater filium. ff. de inoffi. testam.

E

Tacitam. Adde quod querelæ inofficiosi testamenti renuntiatur tacitè agnoscendo iudicium defuncti, puta acceptando aliquid in testamento relictum. vel præstando patrocinium legatarijs vt not gloss. in l. j. C. de in integrum restitut. min. Item si taceatur per quinquennium ab adita hæreditate. l. si quis filium in fi. C. de inoffi testam.

F

Non debet. Adde in quibus casibus filius punitur pro patre. Bart. et ibi Alexan. in addit. in l. diui fratres. ff. de pœn. et Archid. in §. si quis. in vlt. colum. 6. quæst. j. et Bald. in l. filius famil. colu. vlt. ff. de ijs, qui sui vel alien. iur sunt, et Cardin. Alexand. in c. j. xxiij. dist. et an filio ad culpam delicta parentũ imputentur. text. et ibi Card. Alex. in c. nasc. 56. dist. et puniatur pro patre pœna temporali vel æterna, vide glo. et Card. Alex. in c. vndecunque. eadem dist. et Ioan. And. hic. et etiam Philip. Fran. et Paul. de Cast consilio 410. col. iiij. in antiq. et Cyn. Bald. et Saly. et Ang in leg. quisquis C. ad leg. Iu. maiest. et Ang. Aret. in §. sed et si quis insti. de ingenijs. et Bart in leg iij. de interd. et releg. et Dyn. seq reg. in fin. et Cepol in caut 52, et in cautel. 246. vbi ponit an filius possit conueniri pro debito patris et etiam in caut. 246. Econtrà an pater pro filio possit puniri saltem respectu legitimæ vide Fely. vbi suprà. et sing. Bald. Imol. et Doct Modern. in l. lex Corn. ff. de vulg. et pup. substit. Bart. et Imol. in leg cum filius. ff. de verb oblig. et Bald. In l. j. C. ne filius pro patre. et Angel Aret in tract. de Malefic. in gloss. dictum Sempronium. in quæst. vlt. et ibi in addit. per Mod. et Bal. in auth. si captiui. C. de epi. et cler. et Ab. in consi. 56. vol. 2. et amplè per Fely. in c. cũ Berth.

col. 8

Interesse. Adde an in furto & maleficijs interesse possit excedere duplum Bartol. in l. in furti. in princip. ff. de furt. & leg vnica. C. de senten. quæ pro eo, quod vt supra tractatum est. & quid in foro conscientiæ, vide Dec. in cap. j. in j lect. column. vij. ver. quinta conclusio. de const.

Adde, quid in foro conscientiæ, an possit pœna dupli cata, vel quadruplicata peti vltra sortem principalem, & conclude, quod non per glo sing. in c. fraternitatis. ij. q. ij. quam ad hoc reputat sing. Panor. in c. Raynaldus. & ibi posui in apost. ad eam. de testa. & facit de ea magnā festum idem Pan. in c. si egressus. de iniur. Bal. in propriis terminis in l. post desertionem nu. 4. quod ibi signaui in apost. ad ipsam in ver. in foro conscien. C. de fur. vbi alle. gl. dicentē. quod fur in foro conscien. nō tenetur nisi ad restitutionē rei furtiuæ. & illā allegando. & Bald. Ro. in repe. rub. de arb. dicit, quod pœnæ dupli & quadrupli ob furtum

furtum à iure ciuili inductæ de iure canon. non habent locum, nec possunt peti.

R Sint idem. Tu conclude breuiter, quod interesse dicitur æstimatio vel pecunia numerata, quæ succedit loco cuiusque rei, si non detur, vel facti, si non fiat vt debet, vt not. in l. si quis ab alio. ff de re iud. & Specul omninò in tit. de fruct. & interesse. §. iij. in prin. dixi in addit ad Bal. in l. sed & loci. in princi. ff. fin. regund. Adde quod definitionem interesse ponit eleganter Iurisc. in le. si commissa. ff. rem rat. habere.

S Quæstionem dico. Hæc veritas quia in hac materia interesse dicitur respectiuè ad differentiam principalis, & sic aliud est ab eo, & eius æstimatione, vel caussa, seu naturali sequela, vt docui in extricatione labyrint. de eo quod interest. numer. 8 9. & per totum. Sed caue, quia Dyn. hic more aliorum, mox sibi contradicit, *ibi, licet* veniat. quia semper sunt distincta, sicut sors & vsura principale & pœna, vt dilucidè ostendi in d. tractatu, quo non est alius in iure, in quo Doct. adusq; magis sese intricauerint. C. M.

T Vniuersali. Adde Dyn. suprà in procemio num. 5. cũ sequen. F. C.

V Vnum interesse vel triplex, Tu dic, quod est triplex, scilicet commune, conuentionale & singulare, ita not. glo. Bart. & Doct. in l. j. C. de sent, quæ pro eo. quod interest propter gl. in l. j. ff. de act. emp. Innoc. in c. cum ecclesia. de excep. & Spec. in tit. de fruct. & interesse. § 4. licet Iac. de Rau. teneat, quod sit vnicum tantum, & probatur quasi per omnes rationes & iura, quæ Dyn. hic suprà in prima parte adducit. & idem Iac. Butr. sed Cyn. & Bart. in l. vnica. in ij. q. ambo tenent opi. Dyn. & glo. quod est triplex. & ibi Bar. in princ. sequitur eos. & in l. traditio. in 4. q. C. de act. emp. & in hoc, quod dicit Dyn. hic, & in præce. col. quod pretium rei non est interesse conuentũ, vel pretium commune vel singulare, vt tenet glos. in d. L. vnica & ibi Bal. in prin. & in l. j. C de ijs, qui à non domino, sed interesse æstimatum singulariter est singulare, & interesse æstimatum communiter est commune

inter

interesse, & interesse æstimatum conuentione partium, est interesse conuentum & sequuntur Cy. & Bar. contrà Bald. & glos. & Cynus ibi dicit non esse discedendum à Dyno nam ipse solenniter disputauit & fuit rota legatis philosophiæ Synodis. Et tenentes contrarium faciũt iniuriam reuerendissimæ Synodi, vt l nemo. C. de summa Trin. Et adde Bart. in l. fin. ff. de prætor. stipul. in fin. & Innoc. in cap. sacro. col. 3. de sent excom.

Subiungo. Multum olim laborauiin defendenda & fulciendo communi diuisione sed eo magis eam falsam & inutilem inueni, vnicum est ergo interesse extra rem modò propinquum, modò remotum, modò lucri, modò damni, vt dixi in tractatu de eo, quod interest. num. 12. 16. & 17. C. M. X

Fideiussori, Adde Bar. Bal. Paul. de Cast. & Alex. in l. mora hic alleg & limita, quod mora rei non nocet fideiussori, quando post factam oblationem per fideiusso rem reus est in mora, vt est text. sing & non alibi secundum Bar. in d. l. mora. hic alleg. & ita tenet Mat. de Mat. thesil. in suis notabilib sol. vlt. col. 1. in prin. Adde quod voluit allegare Matthe. not. 175. incip. not. quod mora nocet fideiussori, & licet Ang. in alleg. l. mora. secus sensisse visus fuerit, tamen non recedas ab opi. huius hic quam posuit in d. l. l. mora. & ibi posui addit. ad ipsum. in ver. fideiuss & ibi Raph. Imol. Paul. de Cast. Arc. Ale. & communiter omnes. Y

L. penul. Adde Bart in l. penul. ff. de duob. reis & latius in l. ex duob. cod. tit col. 9 versi. 11. quæro & Paulus de Cast in l. mora rei ff. de ver. obli. & Bar. in auth. hoc ita C. de duob. reis. vlt. char. col. 4. quæst 11. qui refert & sequitur Dyn. hic. Z

In Regul. Ea quæ.

Argumenta.

1 *Iudex secularis non potest in caussa clerici sententiam ferre.*

2 *Sententia contra non subditum lata non valet.*

3 *Sententia tempore feriarum, neutra partium consen-*

tiente lata est nulla.

4 *Processus factus intra tempus dilationis nullius est momenti.*

5 *Tutoris non subiecti datio, vel facta pupillo non subiecto, nulla est.*

6 *Citatus ad non suum iudicem comparere tenetur.*

7 *Factum à iudice quando teneat.*

REGVLA XXVI.

EA, quæ fiũt à iudice, si ad eius nõ spectant officium, viribus nõ subsistũt.

1 †Vt si iudex laicus condemnat aliquem, quem constat clericum esse, & non de iurisdictione sua, nam non
2 valet ipso iure sententia. †Item si iudex laicus condemnat aliquem laicum, quem constat non esse de iurisdictione iudicantis, tunc non valet sentẽtia, quia à non cõpetenti iudice lata. C. de decurio, l. duum virũ. & si non
A à compe. iud. l. 1. A & per totum, maximè in l. fin. & ff. de iurisdi. om. iudic. l. vltim. & de offic. præfec. vib. l vlti. & de iniusto rup. test. l. si quis filio exhæredato. §. quod si
3 quis. & de pœ. l 2. §. fi. †Item pone. quod iudex processit tempore feriarum vtraque parte non consentiente,
B nam non valet ipso iure sententia, B vt ff. de ferijs, l. 1. §.
4 fin verò †vel quia dilatione concessa processit intra tem
C pus dilationis, nam non valet processus. vt C. de dilat l.
5 fine pars. C †vel quod dedit tutorem aliquem sibi non
D subiectum, vel alicui pupillo D sibi non subiecto, nam non tenet datio ipso iure, vt ff. de execu. tut. l. scire oportet. §. fin. & de tut. & cur. dat. ab ijs. l. ius dandi. Sed opponitur & videtur, quod etiam si faciat illud, quod nõ pertinet ad eius officium, valeat. †nam si citet aliquem suæ
6 iurisdictioni non subiectum, necesse habet comparere
& si non comparet, potest puniri vt contumax. vt ff. si
E quis in ius voc. non ierit. l. 2. E & de iudi. l. si quis ex a-
7 liena. Sed dic †quod aut constat actum spectare, ad officium facientis, aut constat non spectare. Aut dubitatur. Primò casu factũ valet etiam si iniquè decernat, vt ff. de iu. & iure. l. pen. & de re iud. l. præses & l. cum prolatis,

latis. Secundo casu factum ipso iure non valet, vt hic & ff. eod. l. factum, & de re iud, l. contumacia. §. contumaces. Tertio casu valet ratione dubitationis. vt d. l. 2. & l. si quis ex aliena, & ad muni. l. de iure. debet ergo intelligi regula, quando constat ea, quæ facta sunt, non spectare ad officium facientis.

ADDITIO.

L. 1. Adde Bar. & Bal. ibi in col. 4, vbi dicit Bal. quod circa incompetentiam iudicis sunt quinque consideranda, scilicet persona, vt l. 2. cod. tit. res. vt d. l. 1 hic alleg. I. causa, vt l. si de proprietate. eo. ti. tempus. vt ff. de iurisd. om. iud. l. cum qui. item & locus, vt l. extra territorium, de iurisd; omnium iud. & vid. Bal. in consi, 241. Et not. quod sententia lata à non suo iudice non ratificari, vt no. Bald. consi. 299. in fin. ver. & dico. lib. 1. & vide eum in l. 2. C com. vtriusque. iud. & quæ dicam in vlti. addit, infr eod. A

Adde quod ait Bart in l. si per errorem. per illum tex. ibi. nihil valebit quod actum est de iurisdict. omni. iud. quod aduocatus vel procurator rei coram incompetenti iudice conuenti. non opponat except. incompetentiæ quia hoc modo esset statuere actorem vt reum coram competenti iudice conuenire. sed patiatur processum fieri. quia quandocunq; exceptio incompetentiæ potest opponi. vt not. in l. non distinguemus. §. cum quidam ff. de arbit & hanc cautelam refert & sequitur Gerardus de Petra sancta sing. 2 in cip. no. pulchram cautelam. quę licet sit quandoq; vtilis. ab illa tamen in foro pœniten. Cyn. in l. vnica, C. vt quæ desunt adi oc. dicit esse abstinendum.

Sententia Adde, quod licet iudex sit, quo ad exercitium iurisdictionis incompetens tempore feriato in nonorem Dei, tamen suspectum de fuga iudex potest capi facere tempore feriato, vt est glos. sing. in l. fi. C. de feriis & tenet Lud. de Rom in l. de pupillo. §. meminisse. ff. de nou. oper. nuntiato. & Bal. & ibi Alex. in addit & Bart. in d. l. fin. de feriis & Bald in tract suo de carceribus ver. principaliter. & pulchrè Fely. in c. vlt. col. 7, ver. propter.

periculum de iud. & in c. pen. col. 2. ad fin. de constit. & in c. de cætero. col. 4. ad fin. de re iud. & c. cum inter. col. 10. vers. limitat secundo. de excep. & Alexand. in l. 2. col. 1. in fin. ff. de iurisd. om. iud. Quia etiam priuatæ personæ licitum est propria authoritate capere debitorem de fuga suspectum, vt l ait prætor §. si debitorem. & ibi bar. & Alex. in addit. ff. de ijs, quæ in fraud. cred. glo. Io. Fab. Ang Aret & Iaſ. de May inſtit. de act. in prin. & Ioan. Bapt. in tract. ſuo debit. ſuſpect. & fugit, & quod not. Abb. in c. quod ad conſultationem de re iudi. & Andr. Barb. in rub. de pign. vbi dicit, quod licet ſit permiſſum creditori debitorem fugitiuum capere, tamen clericum debitorem nõ poteſt capere, per plures rationes per eũ alle. nec etiam capere laicum, ſi de eodem habet pignus quod not. quia ſecundũ eum poteſt auferre lac & lanã. & vide. Iaſ. in §. ſed hæc quidem, colum. 4. Inſtitut de act.

Ego puto dictum Andr. Sicul. vulgo Barb. appellati, non eſſe indubitabile in quantum dicit laicum debitorem non poſſe capere clericum ſuum creditorem de fuga ſuſpectum ſignanter. quando periculum eſt in mora nam contra eum tenuit eius conſiculus. Panorm. in ca. cum non ab homine. num. 10. & ibi in apoſtil. tam antiquàm meis de iudic. & ibi ante eum tenuit bald. in. 3. col. & in c. delictis colum. 5. de appel. & dixi omninò in apoſt. ad Lanfran. in c. quoniam contra falſam. §. recuſationes, num. 3. verſ requiritur ergo in apoſt. magna in verſi. quia forenſis de probat.

C L. ſiue pars. Adde ibi Cyn. Bart. Bald. Salyc. & Doct. Moder. & quæ ſup. dixi poſt Dyn. iu reg. decet. in additio. 2. Angel. Aret. in §. ſi minus. column. 8. de act, Et dic quod licet pendente dilatione officium iudicis conquieſcat hoc facit reſpectu tertij. vt not. bald. & Imol. in l. ſi quis filio exhæredato. ff. de iniuſto rup. teſta. per text. in l. creditor. ff. manda. & tenet. Fel. in cap. ſuper eod. in princ. de offi. de leg.

D Pupillo. Adde Alex. in l, fin. ff. de iurisd. omnium iudic. & Barto. in leg. etiam de tutel. & in l. legitimos. col. 2. ff.

2.ff.de legi.tutoribus.& Ioan.Fab.Aret.& Iaſ.ibi in addit,ad Chriſtoph.Porc.Inſtitut.de author.tut.§.ſed hoc iure.

L.2. Adde ibi Bart. Paul & Alex.Innoc in cap.præterea de dilat.& Alex.in addit.ad Bart.in l ſi quis ex aliena.ff.de iudi.& Andr.Corſet.in ſuis ſing.in verbo.iuriſdictio,vbi ponit octo limitationes addit.in l.2. & l. ſi quis ex aliena videlicet an iudex poſſit cognoſcere an ſua ſit iuriſdictio,& quod quis teneatur comparere,adde Ang.Peruſ.in d.l.2.& pulchrè Abb.& inſuper Felyn. colum.11.verſi.an ſua ſit iuriſd.in ca,ſuper literis. de reſcrip.vbi ampliat regulam tribus modis, & ponit. 104. fal.& vide Alex conſi.1.vol.5.& Abb.& Felyn.in ca. ex parte Decani.colum. 3.verſi.in quantum. de reſcrip.& Dyn.in regul.quod quis in fin.& mag.Guil.de Montefarrat.in comm.ſuo ſuper Pragmat.Sanc. in prima parte.fol 16.& Ang.in conſ. cxcv. Fran. de Aret. in conſil. 116.in cip.clariſſime domine. Et vtrum debeat præmitti ſummaria cognitio.an locus vel quis ſit de iuriſd. citantis,& debeat primo pronuntiari ſuper hoc communiter Doct.in d.c.ſuper literis concludunt. quod ſic licet Bart.in d.l. ſi quis in ius.voc.non ierit.teneat contrariũ & multi eum ſequuntur.vbi Alex.ponit ad ſaturitatem: & Felyn.in cap.ſi clericus laicum,colum.2.verſi. prima concluſio.de foro compe vbi dicit communem opi.eſſe contra Bart.& ſeq.vide gloſſ.Bald.& Card. Alex.in c. 1.in prin.de inueſtit. in maritum fac.& ibi And. Barb.in addi.ab Bald qui dicunt gloſ.ibi non eſſe pro communi opin.alibi tamen deciſ.Capel.Tholoſ.210 tenet opin. Barto.non recedas à communi opin.quæ in curijs eccleſiaſticis ſeruatur, ſed in curijs ſecularibus opin.Bartol. ſeruatur. B

In Regul. Scienti.

Argumenta.

1 *Dolus ſcienti & conſentienti non fit,ſicut nec iniuria.*

2 *Vendens hominem liberum volentem, non tenetur actione iniuriarum.*

3 *Detinens volentem non tenetur interdicto de libero homine exhibendo.*
4 *Rapiens virginem volentem, an teneatur,*
5 *Deceptus pro nolente est reputandus.*
6 *Persuasio plus est, quam violenta coactio,*
7 *Scientia interueniens quando minuat obligationem.*
8 *Compromittentes an possint petere reductionem ad arbitrium boni viri si promiserint se non petituros.*
9 *Pactum de non agendo ad depositum valet.*
10 *Pactum quo quis ad delinquendum inuitatur non valet,*
11 *Pactum sub pœna ne quicquam fiat, continet tacitè aliud pactum, vt non committatur pœna, si altera pars non faciat, quod iure facere tenetur.*
12 *Pater promittens filium non exhæredaturum apposita etiã pœna, exhæredare potest demeritum.*
13 *Pactum de non reducendo ad arbitrium boni viri, est à iure reprobatum.*
14 *Pactum à iure communi reprobatum non valet.* numer. 15.
15 *Arbitramenta iniqua arbitrio boni viri sunt corrigenda.*
16 *Arbitrium iniquum nulla lege inuenitur fulcitum.*
17 *Arbitrij libertas limitatur & restringitur ad id, quod iure licet.*

REGVLA XXVII.

SCienti & consentienti, non fit iniuria neque dolus.

1 Duas ponit regulas. † Prima est, quod scienti & consentienti non fit iniuria. A Secunda est, quod scienti & consentienti non fit dolus. Primæ autem regulæ exemplum potest poni, quia à iure cauetur, † quod si vendo 2 hominem liberũ volenti ẽ, non teneor actione iniuriarũ. 3 vt ff. de iniu. l. 1 §. vsq; adeò † Itẽ exemplũ secundæ regulæ poni potest, quia dicitur in iure, si detineo liberũ hominem volentem & consentientẽ, nõ teneor interdicto de lib. homine exh. vt ff. de lib. ho. exh. l. 3. si quis volentem.

tem. Item ad vtriusq; prædictarum regularum confir- 14
mationem accedit. C. de transact. l. cum donationis, et
de rescind. vend. l. venditor. et ff. de in ius vocan. l. quam
uis et de aqua plu. ar. l. in diem, et quæ in fraud. cred. l.
qui autem. §. præterea. et de fur. l. inter omnes §. pe et ff.
eo. l. nemo videtur.

Sed ponitur et videtur, † quod iniuria fiat etiam vo- 4
lenti quia si rapio virginem etiam volentem, teneor, vt
C. de rap. vir. l. vnica. et in auth. de raptu mulier. et arg. ff.
de ser. corrupt l. 1 §. persuadere. et §. vlt. Sed dicendū est
quod cùm ex vna parte interuenit voluntas, ex alia per
suasio dolosa regula non habet locum, †B quia is qui de 5
cipitur, pro non volente habetur et hoc ex eo procēdit, B
† quia dolosa persuasio plus est, quam violenta coactio. 6
ff. de lib hom. exhi. l. 3. §. si quis volentē, 2. resp. et de ser.
corrup. l. 1. §. persuadere, sed vbi dolosa persuasio in alte-
ra parte non probatur, scientia cum consensu inducit
præsumptionem, quod non interuenit iniuria, neq; do-
lus, et ita loquitur regula, et leges superius allegatæ ad
regulam confirmandam. † Item opponitur et videtur, 7
quod scientia interueniens obligationem non minuat.
ff. de ædil. edic. l. iustissimè. Dicendum est, quod aut sci-
entia interuenit in tempore cōtractus vel alterius actus
de cuius comprobatione tractatur et tunc habet regula
locum. vt ff. de ædil. edi. l. 1. §. si intelligatur, et de act. em.
l. 1 in fin. et dict. l. qui autem §. præterea. † Item videtur 8
facere regula ad quæstionem, quæ sæpè occurrit videli-
cet si aliqui compromiserunt in aliquem tanquam arbi-
rratorem et amicabilem compositorem, et promiserūt
laudum non petere reduci ad arbitrium boni viri sub
certa pœna, an is contra quem fuerit iniquè pronuncia-
tū possit petere reduci ad arbitrium boni viri, ita quod
nō cadat in pœnā. C Videtur enim, quod in pœnam ca C
dat propter generalitatem istius regulæ et legum præal
legat. † Item si conueniam, quod non agam actione de- 9
positi valet pactum licet inducat tacitām remissionem
futuri D doli. vt ff de pactis. l. iurisgentium. §. sed et si D
quis paciscatur et leg. si vnus. §. illud. Econtra quod

possit reduci renunciatione non obstante, videtur pri-
10 mo. † quia pacta quorum occasione vel prætextu quis
inuitatur ad delinquendum non tenent, vt l conuenit
Pomponius, ff. de pact. dot. de verb. ob. l. si plagij, sed per
tale pactum potest arbitrator facilè ad malè pronuntian
dum moueri. & propterea non videtur pactum valere.
11 † præterea vbicunq; promittitur aliquid non fieri, &
sub certa pœna, si contra fiat tacitè videtur agi. quod pœ
na non cõmittatur si non obseruẽtur ea, quæ debuerũt
E de iure seruari. E vt ff. loc. l. quæro §. inter locatorem. Cũ
ergo actum videatur, quod arbitrator de iure pronũtia-
ret, si non de iure, sed iniquè pronuntiauit, videtur dicẽ
12 dum pœnam non debere committi Præterea si promit-
to filium non exhæredare, & promitto pœnam si exhæ
redauero, tacitè videtur inesse conditio, quod pœna nõ
committatur, si exhæredari meruerit, vt ff. de verborum
oblig. l. quidam cùm filium. §. sed videamus: & in gl. ibi
posita. Ergò si promittam, quod non petam reduci ad
arbitrium boni viri. si postea reduci potest ad arbitrium
boni viri illud. quod est iniustè pronuntiatum, non inci-
13 dam in pœnam, sicut nec incido in pœnam, exhæredan
do cũ. qui ex hæredari meruit. † Præterea & pactum, q
reducatur arbitrium boni viri à iure communi remoti
est, cum de iure communi reduci possit & debeat, si ini-
quitatem contineat. vt ff. pro socio l. vnde. & l. quid e-
14 nim. & de contrahen. empt. & vend. l. hæc venditio. † si
remotum, ergo non videtur tenere, vt in l. iurisgentium
§. & generaliter, secundum expositionem, quæ verita-
15 tem continere videtur. † Præterea iure publico & vtilia-
te publica suadente inductum est, quod iniqua arbitra-
menta per boni viri arbitrium corrigantur, ergo pa-
ctum, quod non corrigatur non videtur tenere. arg. ff.
de adminis. tut. l. quidam decedens. & de suis & legiti-
mis hæred l vltim & regul l. neque pignus §. priuatorũ.
16 & ad l. Falcid l quod de bonis §. 1. Præterea leges non
concedunt iniquum arbitrium habere effectum, quòd
apparet, quia parant viam per quam iniquitas re-
mouetur, vt ff. pro socio. l. societas. §. arbitrorum. ff de

arbit.

arbit. leg. ita demum. C. eodem. leg. arbitrorum. Si ergo pactum fiat, quod valeat videtur factum contra leges, & propterea non valere. vt in l. non dubium. C. de legibus si enim in vltima voluntate, quæ maioris est authoritatis quàm contractus, caueri non potest, vt locum non habeant leges. vt ff. de leg. 1. nemo. multo minus caueri poterat in contractibus †Præterea cuiuscunq; arbitri libertas quantumcunque generalis & larga ad id restringitur & limitari videtur, quod de iure communi licet. ff de condict. & indeb. l. si procurator, & quæ in frau. cred. l. si pater filio. & ad municip. l. Lucius. § pen. & C. de mun. non conting. l. § pro infante lib. 10. vnde nemo sani capitis diceret, quod arbitratori videatur concedi, quod iniquè & contra iuris communis prohibitionem pronuntiare possit. Dyn. 17

ADDITIO.

Iniuria. Adde quod licet non inferatur iniuria consentienti, iudex tamen agere potest pro interesse publico, perinde ac si verè facta esset iniuria, vt inquit Bart. in l. 1. §. vsq; adeò. ff. de iniur. A

L. Locum. Adde Cyn in l. raptores. in vlt. oppo C. de epis. & cler. qui sequitur. Dy hic. & vide Bar. in l. 1 §. vsq; adeò. ff. de iniur. & in consi. 175. qui allegat. hic Dyn. & quæ not. Bar. in l. si inter omnes §. rectè. ff de iur. & An. Aret. in §. 1. in gl. fraudulosè, & in § sed & si credat. Inst. de fur & Bar. in l. 3. §. si quis volentem, ff. de lib. hom. exhib. Adde quæ not. Felin. in c. nulli column. 3. de accu. in c. 1. vos. 5. versi. quid autem. de præsump & Al. de Gãdi. in tract. de malef. in fin tit. de multis. q vers Item pone, quod de facto contingit. & ibi Iac. But. in addi. qui alleg. hic Dyn. Cum Dyno hic sentit etiam Dec. in d. l. nemo videtur. numero 5. ff. eo & addit. numero 8. similiter non habere locum regul si quis permittat se lædi in corpore, cùm nemo sit membrorum suorum dominus. B

Pœnam istam posuit Dyn. in l. quidam cum filium. de verb oblig. & in suo con l. 13 incip. Ptolomæus & Cyn. & Bald. l. cum antea. C. de arb. in qua fuerunt opin. C

variæ, quas concordando distinguit pulchrè Bar. in l. societatem §. arbitrorum colum. ..& ibi Alex. in addit ff. pro so. quam distinctionē sequitur Lanfran de Oriano in tract. de Arb. in vltima parte. q. 13. & adde Bar. in l. fin. & ibi Doct. mod. ff. qui satis. cog. & Bald. in l. iubemus in fi. prin. C. ad Treb. & in l. 1. C. de iis qui pœnæ no. sed Bart. in d. l. cum antea. col. vl. & Cyn. tenet opin. Dy. hic. licet Bald. contrariū teneat ibi. tamen non est recedē dum à distinctione Bar. & sequacium & tenet Abb. in c. cum dilectus post. gl. col. 6. in princip. vers. in eadem gl. de arbit. in c. Quinta vallis de iureiur. & vide Spec. & ibi Io. And. in addit tit. de arbit. §. fin. versi. item quid si compromissum est tanquam in arbitrium. & Bart. & ibi Alexand. ad saturitatem in l. qui Romæ. §. duo fratres. versi. in gloss. magna. colum 2. ff. de verb. oblig. & Alex. in consil. 32. col. 3. vers. postremo cum prin. col. 2. libr. 2. & Bald. consi. cccxxix. aliàs est consi. cccxxxj incip. Præmitto, quod ista fuit quæstio. lib. 3. vbi dicit, quod communis obseruantia est quod quæcunq; verborum cautela sit posita, per enormem læsionem, potest peti reductio, vt dicit Dynus hic in singul. & hoc etiam confirmauit Bald. cons. 6. lib. 4 vbi refert Rayn. de For. dubitasse in quæst. duo promiserunt. & Ioan. Cald. in quæst. duo ad innicē litigantes. & vide Pet. de Anch consi. 209. incip. iudex &c et Fed Sen consi. 325. & Angel. consil. 272. incip. Lud. Oldro consil. 156. incip. primum, quod quæritur & Abb. consil. 64. lib 1. & Rom. consi 90. ve. sic. 2. principaliter. & Paul. de Cast. consil. 454. incip. viso laudo & celebriter in consi seq. incip. viso compromisso, & in consil. 202 secundum ordinem meorū, sed secundum aliorum nu. est 254 & adde Franc. de Aret. in reper si quis arbitratu. post Doct. ff. de verb. oblig. et Angel. in d. §. duo fratres, et etiam intelligunt Doct. sua. alleg. si interuenerit iuramentum de non petendo reductionem ad arbitrium boni viri, et vide Anto. de But. in consi. 34. & Alex. consi. 108. in 3. volumn. et Lanfran. de Oriano. vei sup. et Cepol. sing. in caut. 199. cum tribus sequent. et decis. Capel. Tholos. 298. et in decis. Parlam.

lam. Delph. 319. & Ioan. Cald. in consil. ex. cum seq. tit. de arbit. & ibi Pet. de Ancha. in consil. vlt. & Ang. in consi. 188. in colum. 1. versi. 6. & col. 3. versic. non obstat sexta ratio.

Adde de modo renuntiationis reductionis laudi ad arbitrium boni viri. Bal. in d. l. cum antea. C de arb. vbi posui cautelam, vt valeat talis renũtiatio & in apost. ad Bar. post. Barb in l. 1. ver. sed quæro. ff. de le. 1. dixi in tract. meo clausularum in clausu. arb. vers. & in iudicem. vt bonum virum Ant. de Perus. in repet. l. 1. vers. nono adduco. ff. de iureiur. Lanfr. de Oria in c. quoniam contra. §. interlocutoriæ. & appel. num. 64 & ibi posui in apost. in ver. enormis læsio de probat. Fely. in c si diligenti co. 8. versi, secundum corrolarium de for. compet. Alex cons. 47 versi 1. & Roma. sing. 1. inci. an à laudo. & omninò Thom. Ferrar. in suo tractatu caute. caut. 8. incipien. tu scis. quod si aliquis.

Futuri. An valeat pactum, quo tacitè dolus futurus remittitur, vide Dyn. in cap conractus. infra. eo. & Deci. in l contractus. num. 41. ff. eod. D

Seruari. Adde eundem Dyn. in cap. fruſtra. num. 2. infra eod. E

Non valere. Et benè Dec. consi. 528. vbi in annot. dixi & cons. 587. in fin. vide alexan. consi. 106. lib. 3. & quæ ibi dixi. C. M. F

In Reg. Quæ à iure-
Argumenta.

1 *Exorbitanti à iure communi debent restringi.*

2 *Dispensatio illegitimè nati ad beneficia, restringitur ad vnicum beneficium.*

3 *Beneficia principis quando ampliari debeant, & quando restringi.*

4 *Priuilegium pro conditione personæ, cui conceditur, est restringendum.*

5 *Beneficium principis non absonum iuri communi latissimè interpretandum est, citra tamen alterius iniuriam.*

REGV-

REGVLA XXVIII.

QVæ à iure communi exorbitant, ne quaquam ad consequentiam sunt trahenda.

1 Exorbitant, †id est, deuiant vel discordant, seu quæ sunt contraria iuri communi, oportet enim ea restringi
A A quasi odiosa, nō autem ampliari, & ad consequentiā
2 trahi quasi fauorabilia. Verbi gratia, †impetrauit aliquis non legitimè natus, vt non obstante defectu natalium valeat promoueri ad beneficium, etiam si curam habeat animarum. Nam virtute illius dispensationis poterit nisi vnicum beneficium obtinere, vt suprà de filijs presbyte. c. 1. Ratio est, quia ea, quæ sunt contraria iuri cōmuni, licet alicui in priuilegium sint concessa, odiosa sunt, & in dubio restringenda. ff. de act. & obli. l. n ho. norarijs §. sed cum rescissa. & de test. milit. l. eius militis.
3 §. si militia missus †Sed contra regulam videtur, quod
B beneficia principum latissimè interpretari debemus, B vt ff. de consti. prin. l. pen. & C de bon. vacan. l. si quando lib. 10. Sed dicendum est quod aut beneficia conceduntur secundum iuris communis permissionem. aut contra, si contra iuris communis permissionem, aut conceduntur ei, qui iuris communis erat capax, aut ei, qui nō erat de iure communi capax, si conceduntur ei, qui de iure communi erat capax, videtur aliquid superaddere supra ius commune vt ff. de bon. li. l. etiam. §. 1. & ad municip. l. 1. in fin. verò cōceduntur ei, qui non erat capax. videtur reduci solum ad formam iuris communis vt C. de inoffi. testa. l. si quando. & si verba sunt ambigua, potius debent restringi. vt hic. & dict. cap. 1. sup. de fil. præs-
4 by. vnum tamen prætermitti non debet, quod †cui priuilegia dispensationem continentia conceduntur, concedi videntur secundum conditionem personæ, cui priuilegia conceduntur, vnde si priuilegium conceditur militi, videtur concedi vt militi, si laico, vt laico. si clerico, vt clerico. vt ff de iniu. rup & irri test. l. si quis filio ex

hæreda-

hæredato. §. sed & si quis. & de testa. mili. l. ex militari. C C
† si concedantur secundum iuris communis permissio- S
nem, latissimè interpretari debemus, vt d. l. pe. de const. prin. & C. de sent. pass. l. 1. & debon vac. l. si quando sine iniuria tamen cuiuscunq; semper concessa intelliguntur, nisi in concessione contrarium exprimatur. vt ff. ne quid in loco publi. l. 2. §. si quis à principe. Dyn.

ADDITIO.

Restringi. Adde hic Philip, Franc & Ioann Andr. in A
regula, odia. sup eod. & Dyn. & quæ ibi dico in regul. in argumentum. infra eo. & Doct infrà frequent. postil. alleg.

Debemus. Adde ad dicta hic per Dyn. an priuilegia B
principum sint latè interpretanda, Doct. Mod. post Bal. colum. 1. & Bart. ibi in prin in l. fin. de constit. princip. & Innoc. in c. cum dilecti. de donat. & Bart. & Ioan. de Pla. in l. si quando. C. de bo. vocan lib. 10, vbi dicunt, quod latè est interpretandum contra ipsum principem, sed si alius tertius læderetur, intelligitur strictè, quia debent intelligi saluo iure & præiudicio alterius tertij Idem tenet Alber. de Roza. in Dictionario in ver. beneficium. & distinctionem Dyni sequitur Bart. in l. quando in princ. & ibi Bald. C. de inoffi. test. & adde Rom. consil. 89. ver. 1. & ita Abb. singul. & ibi Bellen. pulchrè in addit. in d. c. cùm dilecti, qui ponit quæ interpretatio sit etiã in cõtractibus, donationibus, & beneficijs principum, & vltimis voluntatibus fienda. & vide Bald. in ca. 1. §. amplius versi. & princeps, de pace. Constan. & adde. Franc. Arct. Alex. & Barto. Soci. in l. Gallus. § & quid si tantum. col. 6. de liber. & posth. & Fel. in c. super eod, de offi. delegat. & copiosè in c. causam, 10. col. ver. in interpret. de rescr.
L. ex militari. Vide Bar. in d. l. ex militari. G. S. C

In Reg. Quod omnes.

Argumenta.

1 *Seruitus in fundo communi non potest constitui citra omnium, ad quos pertinet consensum.*

2 *Seruis-*

2 *Seruitus aquæ ducendæ non conceditur in eorum præiudicium, ad quos spectat.*

3 *Consensus maioris partis quando sufficiat, & quando singulorum requiratur.*

REGVLA XXIX.

Quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari.

1 Istius regulæ exemplum poni potest in omni eo, quod est commune pluribus tanquam singulis† vt ecce si plures habent fundum communem, & volunt constituere seruitutem in fundo, oportet omnium consensum interuenire, alias defectus vnius reddit constitutionem inutilem, vt ff. de seruit. rustic. prædior. l. per fundum & commun. prædio. l. receptum.† Item si plures habent ser-
2 uitutem aquæ ducendæ ex eodem fonte, & dominus velit concedere alijs cum diminutione iuris primorũ, non
A poterit sine consensu primorum, A alias si ius primorũ non constitueretur deterius, non requiretur eorum consensus, vt ff. de seruit. rustic. prædio. leg. 2. §. si aquæductus. & l. per quem locum, & commu. prædio. leg. qui per certum & de aqua plu. arcend. l. in concedendo. & l. in diem, & l. sin autem. Item patet exemplum. C. de authent. præstan. l. vlt. Sed opponitur & videtur quod sufficiat consensus maioris partis, vt ff. ad municip. l. quod maior. & de regul. iur. l. aliud § refertur. & C. de decurio
3 l. nominationum forma.† Sed facilis est solutio. B quia
B in eo quod est commune pluribus vt vniuersis statuitur voluntati maioris partis, vt in l. in contrarium alleg. in eo verò, quod est commune pluribus vt singulis requiritur singulorum consensus, vt hic, & dict. l. per fundum. & l. receptum. cum suis similibus. tamen fallit ista secunda pars solutionis. per l. ff. de pactis. l. maiorem. & de religios. le si plures, & decurat. furios. l. consilio. §. fin. Dyn.

ADDITIO.

A Primorum de hac quæst. disputat latè Ias. in §. æquè col. 5. versi. an autem. Inst. de actio. & tandem distinguit prout Dyn. hic.

Solu-

Solutio. Adde ad istam regulam Bart. & Flor. in l. per fundum. ff. de serui. rustic. præd. & Doct. in c. 1. de ijs, quæ fiunt à ma. parte capit. tex & ibi Cardin. Alex. in c. apostolica. 56 distin. Ang. Aret. Inst. de tut. §. 1 col. 2. & Bar. in l. quod maior. & ibi pulchrè Alex in addit. ff. ad munici. & Bar. in l. 2 §. ex his. numer. 4. ff. de verb. oblig & Innocen. in c. cum omnes. de constit & Bart. in l. nulli. ff. quod cuiusque vniuer. nom & Card. Alex in ca. non potest. de re iudic. & gloss. in c. vbi periculum in ver. concorditer de elect. suprà eod. libr. & adde Bald. & Alexan. in l. ciuitas. ff. si cert. petat. & Bartol in l aliud. §. refertur. ff. eod. tit. Abb. & plenissimè Felyn. in dict. cap. cum omnes colum 8. versic. in ea gloss. cum sequen. column. vbi ponit regulam cum pluribus fallent. & ibi column. 12. ponit duos casus. vbi habetur respectus ad maioritatem & non ad sanioritatem. & vide Alber. de Roza. in Dictionario. in ver. maior pars. & ibi Ioan. Bap in addit. & Alexan. in consilio. 25. column. 4. volum. 5. vbi dicit, quod consideratur maior pars respectu ratæ rei non numeri personarum, quod notat Bart. in l. 4. § Cato in vlt. quæst. ff. de verborum obligat. & Angel. consi. 269. & adde Card. Alexand. in cap. Nicena. colum. 1. 3. distinctio Bald in l. fin. C. de auth. præst. & Ludo. Rom. in cõ sil. 352. column. 4. & Doct. in l. planè ff. quod cuiusque vniuer. & Bald consil. 80. & in consil. 118. lib. 2. vbi ponit de procuratoribus à communitate vel collegio creatis, an possint obligare singulos de vniuersitate.

Adde breuiter. quod regulariter maior pars sufficit, nisi reperiatur expressum. quod fiat nemine discrepante, vel à duabus partibus vt plenè per Cardin. in clemen. 1. q. 4. & ibi posui in apost. ad ipsum de rebus eccles. non alien & an hoc sit indistinctè verum, add. Alexan. consil. 40. volum. 2. & Anto. Corset. singul. suis in ver. compromissum. incip. compromissum super potestate eligendi.

In Regul. In obscuris.

Argumenta.

1 *Promittens decem libras. si pecunia sit varia, de qua soluere teneatur.*

2 *Legatum in dubio præsumitur, quod minimum est.*

3 *Minimum an sit in obscuris accipiendum, an verò id, quod verisimilius est.*

4 *Minimum accipiendum esse locum habet in contractib. vltimis voluntatibus, & delictis, & sententijs.*

5 *Minimum an sit in contractib. præstandum, an id, quod mediocre est. & num. 8.*

6 *Delictum sensetur commissum animo delinquendi.*

7 *Delictum si ignoretur per quem ex pluribus commissum sit, omnes puniuntur.*

9 *Minimum præstari debere an verum sit in generibus.*

10 *Minimum in vltima voluntate attendendum, quando sit verum.*

11 *Electio vtrum sit legatarij an hæredis, in speciebus legatis,*

12 *Voluntas dubia testatoris, quando manet in arbitrio hæredis.*

13 *Iudex an interpretetur dubiam voluntatem testatoris & quomodo.*

14 *Voluntas vltima an reddatur inutilis si inueniatur dubia.*

15 *Interpretatio testamenti, quando committatur hæredi. Incertitudo an & quando vitiet legatum.*

16 *Interpretatio verborum, quando contra proferentem fieri debeat.*

17 *Debens vnum incertum ex pluribus certis vtrum volet poterit soluere.*

18 *Pactum in accessorijs obscurum an sit contra venditorem interpretandum.*

19 *Minimum in delictis an & quando sit eligendum.*

20 *Animus ad delinquendum præsumitur ex atrocitate delicti.*

21 *Delictum certũ qualiter puniatur, si delinquens sit incertus.*

REGV

REGVLA XXX.

IN obscuris, minimum est sequendū.

Si promitto tibi decem libras, & pecunia multiplex in regione versatur, vna maior, & altera minor, & altera minima, nec apparet de qua sit actum, minimam videor promisisse: † idem in legato, nam si legem pecuniam, nec appareat de qua, minimam videor legasse, vt ff. de leg. ij. l. si ita relictum. & de leg. iij. l. numis. A Item si alicui lego quantam partem hæreditatis habet vnus hæredum, & partes hæredum sint inæquales, minimam videor legasse. vt ff. de leg. ij. l. si ita relictum, & de leg. 3. l. qui concubinam. §. cum ita. & ad idem de verb. obl. l. si ita stipulatus fuero. x. aut v. & l. inter stipulantem. † Sed videtur, quòd in obscuris non sit sequendum minimū: sed verisimilius. vt infra eod. inspicimus. & ff. eod. l. sem per in stipulationibus, & l. qui non militabat. §. Lucio. de hæred instit. Dicendum est quòd regula debet exponi secundum præmissa contraria. nam primo debemus inspicere verisimilius. vt infra eod. cap. inspicimus. In defectu verisimilium sequimur, quod est minimum: & ideò hic debet exponi in obscuris, id est, cum verum vel verisimilius, non apparet. verisimilius autem multipliciter apparere potest, vt dicā infra eod. inspicimus. † Et hæc regula locum habet in contractibus, vt d. l. si ita de verb. oblig. & in vltimis voluntatibus, vt d. l. qui concubinam. §. cum ita. & l. nummis. Et in delictis, B vt ff. de pœn. l. si præses. & l. penu. & in sententijs. c. vt l. diem. Referre. §. si plures de arbitris. Sed opponitur ad regulam multipliciter per ordinem. Primò videtur, quòd falsum dicatur in contractibus. † quia non minimum, sed mediocre debet præstari, vt C. de donatio. l. si quis argentū. C §. si verò reditum. Item falsum in vltima voluntate: quia mediocre debet præstari sicut in contractu. vt ff. de leg. j. §. legato generaliter. Item falsum in delictis † quia in delictis, D id est, cum delinquentium animus non appa- D ret, interpretamur eos voluisse delictum committere, & per hoc si contrarium non apparet, durius puniendos. vt

C.ad leg.Corn.de ſiccar.l.j & de iniur l.illud relatum.†

7 Item cum conſtat delictum commiſſum, & ignoratur per quē de pluribus, aſſumimus quod maius eſt id eſt, omnes deliquiſſe,& puniri:vt ff.ad le.Aquil.l.item Mela.§.ſed ſi plures. & not.C.ad l.Iulian.de vi.publ.l. quoniam multa facinora,& ff.ad l.Cor.de ſiccar.l fin.ergo

8 vel regula falſa, vel malè expoſita.† Ad primū de contra

E ctibus.E dic aliud eſſe in quantitatib & in his quæ quātitatib æquipollent,vt in vniuerſitatib quia tunc minimum in dubio eſt ſequendum.vt ff.mand.l.fideiuſſorē, & ff.eo.l.ſemper in ſtipulationib.in fi.& de ædil.edicto. l.ſi quid venditor in fi.& in his locum habet regula. Aliud in ſpeciebus,& in his, quæ ſpeciebus æquipollent, vt artificia:quia tunc mediocre:vt d.l.ſi quis argentum, §.ſimiliq; modo. & in d.l.ſi quid.§.fin.j.reſpon.& in his

9 regula non procedit. †in generibus ſimiliter non procedit:quia aut promittitur in eo genere,in quo eſt & poteſt aliquid euenire, quod habere eſt prorſus inutile:& tunc promiſſio potius iudicatur inutilis à principio q̄ ſpecificetur effectus diuiſorius, qui ſequitur ex ea, vt ff. de verborum obligat.l.ita ſtipulatus.in princ.& de iure dot.l.cum poſt §.gener.Aut in eo genere in quo nihil eſt euenire prorſus inutile.vt in boue,equo,aſino,& hominibus,& ſimilibus:tunc debent mediocre,vt d.§ ſimiliq̄ modo.Ergo quoad contractus regula procedit in quantitate tantum, & in ijs, quæ quantitatibus æqui-

F pollēt.F Sed contra hoc eſt valde.§.ille ſi verò redditum vbi mediocris ſit præſtatio,& tamen quantitas frumēti, vel vini erat ex cauſſa donationis promiſſa,ſed non eſt contra:quia ibi non dicit.quantitatem promiſſam mediocrem deberi. vnde illud de iure communi, quod eſt vt poſſit præſtari viliſſima res aliqua:ſed dicit quantitatem donationis promiſſæ deduci ad deſignationem ſpecierum,ex quibus percipi poſſit quātitas ex cauſſa donationis promiſſa:& ideo deſignatur ſpecies mediocris,ſi-

10 cut ab initio ſpecies vel genera promitterentur.† Ad ſe-

G cundū de vltima volūtate reſpōdeo G quaſi idē q̄ in generib.regula non procedat:quia aut legatur genus gene-

raliſſi-

ralissimum & tunc inutile est legatū. Aut subalternatiuum, & tunc si habet fines sola destinatione patrisfamiliàs legatū inutile est, vt ff. de leg j. l. si domus. in prin. sed si habet fines à natura, debetur mediocre. vt d. l. legato generaliter. & Inst. de l. §. si generaliter, vnde patet hanc regulā cessare. H In quantitatib. verò & in ijs quæ quā- H
titatib. æquipollent, vt in vniuersitatib regula procedit, vt in l. si ita relictū in prin. & in fi. ff. de l. ij. & de leg iij. l. qui concubinā. §. cū ita. & l. nummis. † In specieb. autē, 11
aut constat de certa: & tunc cessat regula, quia illa debetur. vt in l. si domus § cū alicui. ff. de legat. j. aut nō cōstat de certa: & tunc, si testator nomē species in legato nō expressit, cessat regula: quia est electio legatarij I vt ff. de l. I
j. l. qui duos. Aut expressit nomē vniuersale, & nihilominus ignoratur de quo: & tunc minus est in legato, vnde regula locū habet. vt ff. de leg. j. l. apud Iulian. §. Scio. † 12
Posset tamen hæres si vellet maiorē eligere, cū ad ipsum pertineat declaratio dubię voluntatis defuncti, vbi certū expressit & ignoratur, quod K. vt ff. de leg. j. l. si quis à fi K
lio. §. si quis plures. Contra prædicta de vltima voluntate est aperte. ff. de legat. ij. si quis seruū §. si inter. vbi dubiæ voluntatis interpretatio committitur hæredi. & ideò
regula semper cessare videtur. Respondeo, illud verum est, cum voluntas est dubia circa personas legatarij, sed prædicta procedunt circa rē legatam. † Itē non videtur 13
procedere regula in vltima voluntate, quia dubiæ voluntatis interpretatio ad iudicem pertinet. Ergo non videtur reducenda ad minimum. vt C. de fideicommiss. l. voluntatis. Respondeo, iudex interpretatur quod verisimile est ex coniecturis, id est, inspecta conditione personæ legatarij, & consuetudine regionis loquentis, & vicinitate scripturarum præcedētium vt l. si seruus pluriū §.
vlt. de leg j. & de testam. l. hæredes. §. sed si notam. Si verisimile non potest perpēdi, tunc locū habet regula. vt ff.
de leg. iij. l. nummis. & infr. cod. in spicimus, seruato tamē
ordine quē ibi dicam. † Item videtur obscuritas reddere 14
voluntatē inutilē, vnde cessat regula, vt ff. de reb. dub. l.
si quis de pluribus & de manumiss. testam. l. cum ex plu-

ribus.&'de testa,tut.l.duo sunt Titij.Sed in illis non po-
test apparere minimum.l. quia in personis duabus.licet
æstimatio proprietatis seruorum possit esse inæqualis
tamẽ ideò,quòd in legato versabatur libertas,in perso-
na omniũ pariter est inæstimabilis:vt ff.de reg.iur.l.non
est singulis.§.infinita.vnde in l.duo.tutelæ datio vel de-
latio non plus vel minus in personam vnius quàm alte-
rius æstimatur,& periculum pupilli cui intendebat pro
uidere testator, posset in delatione tutelæ versari.Et.d.
eò non mirum si conceditur electio hæredi, sed in defe-
ctum probationis redditur inutilis dispositio testatoris.
Tamen arguitur contra responsionem prædictam.ded.
l.si quis de pluribus.nam ibi erat incertitudo personæ le
gatarij:ergo recurri debet ad electionem hæredis, non
vtrunq; impediri:vt d.l.si quis seruũ.§.si inter.de leg.ij.
Item erat incertitudo rei legatæ, & nomen erat expres-
sum ergo interpretetio conceditur hæredi, vt d.i.si quis
à filio.§.si quis plures. Responsio non est dubium,quod
hæres manumittere posset vnum si vellet,tamen neces-
sitas non imponitur, sicut nec eligendi vnum de lega-
tarijs:vt de rebus dubijs.l.si fuerit.Ista responsio sufficiẽs
est ad §.si inter.sed non ad §.si quis plures. † Vnde dici
potest, quòd plus operaretur incertitudo duplex circa
annulandũ relictum,quàm vnica.Vbi ergo est incertitu
do rei in specie tantum relictæ proprio nomine expres-
so,legatum valet,& compellitur hæres eligere,vt in d.§.
si quis plures,vel si non eligat minimum est in electio-
ne,vt d.l.apud Iulianum.§.Seio.vbi personæ tantum le-
gatum,non est in se inutile:sed propter probationis de-
fectum,vnde potest hæres eligere,sed non compellitur,
M vt in d.§.si inter,& ibi not.vbi verò rei & personæ,tunc
prorsus inutile M vt d.l.si quis de pluribus,& l.cum ex
pluribus.Responnsio autem ad prædicta patet,quia vbi
est incertitudo rei tantum, persona supereſt cui potest
obligatio quæri:& ideò si non eligat hæres,obligatio in
minus contrahitur,iuxta regulam nostram: sed vbi per-
sonæ tantùm & non rei,obligatus est hæres ad rem.sed
quia non apparet.si nolit eligere,redditur legatum inu-

tile,

tile,vt d.l.si fuerit.si verò rei & personæ,non est cui pos sit obligatio quæri,nec est res de qua constet,& ideò re lictum prorsus est inutile.

Item† in contractibus nullo modo videtur procede re:quia interpretatio facienda est contra proferentem, vnde non est verum simpliciter,quòd minimum debea tur.sed id,quod est contra animum proferentis,vt in l. veteribus.ff.de pact. & l.cum in lege.& l. Labeo. ff de contrahen.empt.& infrà eod.c.contra eum.Glossatores iuris ciuilis dicunt, quòd si dubium est in re super qua contrahitur,tunc regula locū habet:si in accessorijs tunc contraria. primum vt dixi simpliciter habet locum in quantitatibus:vt in l.interstipulantem.§.diuersa.& l. si ita stipulatus fuero.x.aut v.& loca.l.si x.tibi. In specieb. verò,vt dictum est,mediocris debetur,& regula cessat,vt not.ff.manda- l.fideiussorem.Vnde quantum ad istam partem.gloss.est falsa,nisi glossam sustineas eo casu pro cedere,quo in contractu deducitur vnum incertum de pluribus certis:tunc enim cum sit electio debitoris,etiã minimum dare potest,vt l,qui ex pluribus.ff.de verbo. oblig.Secundum verò,id est de accessorijs,non videtur simpliciter verum,scilicet quod contra proferentem fi at interpretatio.vt ff.de actionibus,empti l.si seruus.ij. §.fina.& de contrahen.empt.l.comprehensum.& l.si in emptione.† Vnde dicas,quòd aut pactum in accessorijs est obscurum circa qualitatem & quantitatem rei vendi tæ:& tunc fit interpretatio contra venditorē,vt l.La beo,& l.cum in lege. & l. veteribus.& de seruit. vrban. prædio l.si arborem.§.hæc lex.Aut circa electionem re rum electioni accedentium:& tunc interpretatio vendi toris non est contra eum facienda.vt d.l.si in emptione, & in l.comprehensum,de contrah emp.& l.pen.§.fi.ff. de act.emp.tunc.n.quasi in genere debitor electionem habet,vt d.l.qui ex pluribus.& Inst.de act.§.huic.in d.l. comprehensum.Ad tertium,id est,circa delicta.† dico, quod si incertum est delictum,id est,ꝙ delictum sit com missum, regula locū habet sequimur enim,quod est mi nimū:quia non punimus,sed absoluimus,vt l. absentē. ff.de

16

17

18

19

N ff. de pœnis. N Item. vbi est certum delictum. sed incerta delicti qualitas, locum habet. vt si constat aliquē commisisse vim: & sic delictum certum est. sed ignoratur vtrum cum armis vel sine armis. & sic qualitas est incerta: nam sequimur minimum, id est, præsumimus quod sine armis O vt mitius puniatur, vt l. si præses. & in l. interpretatione. ff. de pœnis & de suspect. tur. l. hæ enim causæ. §. 20 quid ergo. † Aut verò certum est delictum & certa delicti qualitas incertus verò animus delinquentis, nō præsumimus minimū, id est, qp nō fuit animus quia facti atrocitas amouet præsumptionem animi non præsumēdi. ex quo persona est habilis ad delinquendum. vt C. de 21 siccar. l. j. & de iniurijs l. si non conuitij. † Itē vbi certum delictum & certa qualitas sed incertà persona, vt si plures deprehenduntur fuisse in actu delinquendi P & ignoratur quis deliquerit: tunc non sequimur, quod est minimum, quia omnes puniuntur: Q vt d. §. sed si plures. l. Item Mela. ad leg. Aquil. & not. ff. ad leg. Cor. de sicar. l. si in rixa. & ratio huius est: quia omnes deprehenduntur in culpa: quia omnes fuerunt in actu delinquendi. Item quia ratio publica quæ suadet maleficia puniri vt l licitatio. §. quòd illicitè. ff. de publican. & de fideiu. l. si à reo. §. id quod vulgo. ad leg. Aquil. l. ita vulneratus est contra eos. qui priuatam defensionem prætendunt. & ideò præferenda est publica. vt ff. pro soc. l. actione. §. Labeo. & auth. de non alie. §. quia verò.

ADDITIO.

A Nummis. Adde ibi Bar. post. Dyn. vbi etiam ponit de qua regione & tempore intelligatur vt per Dyn. in re. inspicimus infra eo. & Old. consilio clvviiij. in princ. & Paul de Cast. consillo. cxcvj. col. vlt. in antiq. & Alexan. consil. xxvij. circa princip. vlt. col. vol. v. & in consil. ciiij. per totum libr. j. & Old. consil xiij. & xxxj. & Franc. de Curtis. consi. xj. & in T. demone in prin. & Ro. cons. 123. & sing. 413. alias. 415. incip. quod tempus. & Bal. cons. 137 lib. j. Bart. & Moder. in l. Paul. ff. de solus. & Bal. in l. acceptam C de vsur. & Anchar. in clem. ij. de deci. & Abb. & Doct. in c. quarto. de iureiur. & Ioan. de Plat. in l. vnica.

de col.

de colla. æris. lib. x. & in l. j. de vete numis. potest lib. xj. & glo. in c. j. §. item fuit deliberatum in verbo, vsuali, tit. de anna, in Prag. Sanct. & Fely. in c. conquerente. in fin. de offi. ord & vide Abb. in consil. lvj. volum. ij. & Alb. de Roz. in Dict. in verbo. moneta. & ibi in addi. vide Specu. in suo aureo repertorio. titu. de summis expen. & decis. Parla. Delph q. 412. vbi reperies plura singul. dicta. & in decis. 493.

B

Delictis. Adde quibus casib. non habet locũ in delictis Dyn. infra eadem reg. circa fi. & Deci. in l. semper in obscuris. nu 5. ff eod.

Sententijs. Quid in iudicijs? & Deci. in dicta leg sem- C per tenet, quod non, per l. si quis intentione. ff. de iud. F. C.

Delictis. Sic cum quis alium occidit, & dubitatur, D num id fecerit ad sui defensionem. interpretatio fieri so let contra homicidam: vt ait Iason. in §. item si quis. ij. super gloss. in verb postulante. Institut de action. F. C.

Contractibus. Adde tamen in contractibus in dubio, E quòd minimum sit sequendum. Cy. & Bal. ff. in le. cum quidam. C. de verb. sign. & Bar. in l. si duo rei. ff. de verb. obli. & Imol. in l. si ita stipulatus fuero, x. aut v. hic alle. per Dyn. & Bal. in d. l. cum quidam & Bar. in l. si ita relictum. §. fin. ff. de leg. ij. & quod no. Bart. in l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur. & quando est promissum in obligatione genus, quid veniat, vide Bart. in l. ij. §. & harũ in vlt q. ff. de verb. obl. & gl, & Bar. in l. Meuius §. duobus. ff. de lega ij. & Ias. in §. in bonæ fi. ver. in gl. iure aperto. & §, huic autem. in vlt. col. Instit de act. & Bal. in l. si quis argentum in prin. hic alleg. & Alex. in l. legato. col. j. versi nec prædicti in fin. de leg. j. & Anto Corse. in suo trac. de minimis. in 4. q. ver. xxx. in obscuris. quod &c. & Bal. consi. 167 vol. 4.

Aequipollent. Adde quòd non habet locum in con- F tractu dotis, prout est gloss. not. in l. nuptura. ff de iur. dot. F. C.

Respondeo. Adde gloss. Ioann. Andr. Abb. & Ange. G

Arct-

Aret.in §. ſi generaliter. Inſtit. de leg. & Iaſ. in §. præter. ea. inſtitut. de act. & per Bald. in leg. ita ſtipnla tus. circa contraria tertiæ, partis. ff. de verbor. oblig. & glo. & Bar. in leg. legato generaliter. ff. de leg. j. & in leg. cum certũ. ff. de vino, tritico, & oleo legato & Alexand. in d. leg. legato. col. j, verſic. vltim, not. & adde Cyn. Bald. & Saly. in l. cum quidam. C. de verb. ſig & Bar. Ale in d. l. ſi domus in princ. ff. de leg. j.

H Ceſſare. Adde an & quando procedat. reg. in legatis, Dec. in d. l. ſemper. nu. 2. ff. eo. F. C.

I Legatarij. Adde an & quando legatarij eſt electio. an poſſit eligere peſſimum inuito hærede, Alexand. in d. l. legat in j. not. dicit Imol. & Paul. de Caſt. ibi tenere quòd ſic. alleg. hic Dyn. ita tenere licet. Ang. ibi & in le, apud. Iul. §. Scio. de l. j. teneat contrarium. vt ibi videas. & Dy. in reg. contra eum qui in fi. infra eo. & quæ ibi dico in fin. magnæ apoſt.

Adde ad materiã præſentis apoſt. gl. j, in l. legato & quod ibi poſui in apoſt. in verſic. triplex. eſt opinio. ff. de legatis. j. iſtum in l. ſi Titio. & ibi dixi in apoſt. in verbo hæredis, ff. de vſufruct. legat. dixi in apoſt. ad Bart. in l. Lucio, in princip. in verb. eſt legata. poſt Alexan. ibi ff. de legat. ij. & ponit Felyn. in c. inter cæteras in princip. de reſcript. vbi tangitur quando electio eſt hæredis &

K quando legatarij.

Quod. Adde quod idem tenet Bartol. Bald. Ioan. de Imol. & Ajexand. in d. §. ſi quis plures. colum. j. ver. in gl. j. princ. ff. de leg. j qui alleg. hic Dyn. ad hoc contra glo. ibi & Paul. de Caſtr. quod hæres ſi velit præſtabit vilio-rem, eo quia dicat teſtatorem de illo ſenſiſſe, non pote-rit legatarius conqueri de mala electione hæredis, vt ibi videas, & adde quod. & idem tenet Bartol. in diſputatio ne ſua incip. debitor. col. j. verſ. v. ſic &c.

L Minimum dicitur ex qualitate rei, leg. ſcio. & ibi Bar-tol. ff. de reſtit. in integ. Floren. & Doctor. in leg res bo-na. ff. de contrahend. empt. glo & Doct. in leg. ff. quod cum eo qui in aliena pot. eſt. & Specu. in titul. de dolo. §. j. verſ. ſed concipit libellum. & quot modis capiatur mi-

nimum

nimum, declarat. Corset, in tractat. de Minimis in princip. F. C.

Inutile. Adde quòd legatum est nullum, quando resultat incertitudo personarum & rerum. Bartolus. in l. quidam. col. ij. versi. fallit. ff. de rebus dubijs. qui alle. Dynum hic ad hoc, & Angelum Aretinum. in §. ante hæredis institutionem. Institut. de leg. & Bald. in dict. §. si inter. M

ff. de pœnis. Vide eundem Dyn. supra eod. cap. odia. num. 9. F. C. N

Sine armis. Adde Bartol. in leg. ij. §. exertitum. ff. de ijs, qui not. infa. & in l. si præses. ff. de pœnis. & Innoc. in c. cum dilectus. super verbo. iustitiam. de ord. cogn. & Dyn in reg. in pœnis. infr. eod. & decis. Parlam. Delphi. dclxxxiij. & ibi in addit. O

Delinquendi. Adde gl. Bal. & Lud. Bolog in l. item. Mela. §. j. ff. ad leg. Aqui. & Bar. in d. l. si in rixa. hic alleg. Cyn. & Salyc. in l. quoniam multa facinora. C. ad l. Iul. de vi pub. & Dynus. & quæ scripsi sup. in reg. ratihabitionem in pen. quæst. & Bar. in l. qui seruo. §. fi. ff. de fur. & Spec. tit. de homi. ver. pone quod quatuor. & in tit. de lapsis, & dispu. §. & iuxta ver. quid si quis in rixa. Bal. in consi. 81. lib. j. & Pet. de Anch. consi. 217. & Bal in cons. vlt. lib. iij. Felyn. in c. significasti in ij. col. iij. ver. not. ibi discerni. de homic. gloss. & Card. Alex. in c quiescamus. xlij. dist. vbi concludunt. Doct contra Dyn. hic & in re. in pœnis, quod omnes absoluantur, vt ibi vides. P

Puniuntur. Vide Dec. contra Dyn. concludentem, licet de eo non faciat mentionem, in l. fauorabiliores. nu. 6. co. Dynum tamen hic videtur sequi idem Dec. in leg. semper in obscuris. numer. 5. versi. secundo fallit. ff. eod. titul. G. S. Q

In Regul. Eum, qui. Argumenta.

1 *Venditor actione ex empto emptori tenetur, qui seruitutem deberi à prædio vendito non dixit.*

2 *Vendens mancipium mores & vitia eiusdem manifestare debet.*
3 *Denuntiatio an debeat fieri scienti.*
4 *Scientia quando non sufficiat sine denuntiatione,*
5 *Denuntiatio ad quid fieri soleat.*

REGVLA XXXI.

EVm, qui certus est, certiorari vlteri us non oportet.

† Caueturin iure, quod venditor, qui sciuit seruitutẽ deberi à prædio vendito, certiorare debet emptorem, aliàs tenetur actione exempto ad interesse emptoris. hoc verũ est, si emptor ignorauit seruitutẽ deberi: sed si certus fuit seruitutẽ deberi, non oportet eum vlterius certiorari. vt ff. de act. empt. l. j. §. venditori. A Itẽ qui mancipia vendunt, certiorare debẽt emptores de moribus & vitijs; aliàs tenentur actione redhibitoria, vel quãto minoris: sed si emptor intelligit vel intelligere possit, non est certificatio venditoris necessaria, vt ff. de ædil. edi. l. j. §. aiunt. & § si intelligatur & l. si tamen. §. ei qui seruum. Quid autem venditor sciens, seruitutem vel vitium dicit se nolle teneri nomine seruitutis vel vitiorum dicendum est hoc generale pactum B non trahi ad ea. quæ vẽditor sciuit. sed ad ea, quæ ignorauit venditor, vt ff. de act. empt l. quæro. & arg. de hære. ven. l. hoc autẽ. † Sed oppono & videtur quod etiam scienti denuntiari oporteat, quia dicitur in iure, quod qui vult habere liberam potestatem inchoandi accusationem de adulterio vel ab adultero vel adultera, etiam postquam adultera nupsit, denuntiare debet adulteræne nubat, quia intendit proponere accusationẽ de adulterio. Quid ergo si adultera sciuit. & postea nupsit sine denuntiatione, non nocet ei scientia. vt ff. de adul. l. denuntiasse, circa princip. Dici posset, q̃ in illud. quod per denuntiationẽ reseruare intendebat, erat odiosum, & ideò sola scientia sine denuntiatione non prodest. Sed contra hanc solutionem est, ff. de pet. hære l. item veniunt. §. petitam. Nam & ibi agebatur de re odiosa, id est, de bonę fidei possessore essi

ciendo

ciendo malæ fidei, & tamē scientia sine denuntiatione operatur illud quod operaretur denuntiatio † Quare di- 4
cendum videtur quòd in ijs, in quibus denuntiatio est substantia, non sufficit simplex scientia. vt in d. l. denuntiasse. & ideò est necessaria denuntiatio: in ijs autem in quibus sola scientia est de substantia, non est necessaria scienti denuntiatio, vt d l. j. in fin. de act. emp. & de ædil. edict. i j. §. si intelligatur. † In dubio autem præsumen- 5
dum videtur potius scientiam esse de substantia, C quā C
denuntiationem, cùm denuntiationes fieri soleant ad hoc solum, vt qui erat incertus certificetur. & in dubio loquitur ista regula. & d l. item veniunt. §. petitam. & quod via ut clàm. l. aut qui aliter. §. & si fortè.

ADDITIO.

Venditori. Adde Bar. & Bal. ibi quando venditor te- A
neatur de seruitute emptorem certiorare. & text. & Bal. in l. quod ad seruitutem. ff. de euict. & quid si vendit prædium, quod afferat herbam pestiferam & non declarauit. vide tex in l. penult. §. fin. & ibi Bald. & Salyc. C. de edil. act, sicut in simili quando vēditur fundus, & habet malos vicinos, quod vēditor tenetur illud exprimere, vt l. quòd sæpè. §. fin ff. de contrahen. emp. & l. fi. & ibi Bal. & Salyc. C. de pact. inter emp. & vend. & quæ no. Bal. in l. ij. versi. iij. casus C. de peric. & commo. rei vend. Et vltra not. Dy. quando venditor equi vel alterius rei se mouentis teneatur de morbo vel vitio, dic, quòd tenetur. siue venditor sciuerit, siue non, vt est text. in l. si in emptione §. item si ff. de contrahen. emp. & in l. j. §. caussa. ff. de edi. edicto, & idem est in libris mendosis venditis vt est glos. in dict. l j in prin. de ædil. edic. & Bald. in l. j. C. eo. tit & ad omnia supradicta vide Ang. Aret in §. in duplum. col. 4 ver. & primò quæro Inst. de act. vbi ponit plures singulares. q. quando venditor teneatur de vitio & morbo rei venditæ. maximè vbi expressit vitiū. & habebat cū plurib quæ non habebat. & Cy. Bal. & Sal in d l. j. C. de edil. act. & Spec. tit de empt. & ven. §. nunc dicēdum. & Ang. Aret. in § prætorum edicta. Inst. it. de iure natur-

natur.& Abb. & ibi Bellenz.in Addi.in c.iniustum de rerum permut.& Christoph.Porc-Inst.de suspect.tut.co. vlt.& decis.Capel.Thol.362.

B Pactum. Adde ad istam q Bart.& Bald.in d.l.j.§. venditor.de act.emp.& Bart.in l.tenetur.§.fi.eod.tit.vbi nō valet etiam pactum,quòd de euictione non teneatur vē ditor.& Bald.in l.si traditio. in v.quæst C.de act.empt. & in l.non dubitatur.& ibi Cyn.C.de euict.& vide Spe. in d.tit.de empt.§.nunc dicendum ver,quid si venditor equi.cum ver.seq. & Doct. suprà in præcedenti apostil. alleg.& Ang. Perus.& Alex.Imo.in l.si quis cum aliter. col.vlt.ver.vlt.tene,menti.ff.de ver.obli.& pulchrè Bar. & ibi Alex.in addit.in l.emptorem.§.qui autem. ff.de act.empt.& Ioan. And.in addit.Specul. dē empt.§ fin. in princ.& Bald.in l.j.C.de peri.& commo.rei vend.& Ro.sin.284.incip.nunquid si. & Ludouic.Bolog.in suis primis interpret.in l. qui libertatis. ff.de euic.& decis. Ca.Tho.361.

C Substantia. Adde,quòd Bar.in l.j.§.fin.ff.de act.emp. reprehēdit.Dy.hic,vbi dicit quod quandòq; denūciatio fit solum ad certificandum aliquem, non ad alium finem,& tunc ille qui est certus non debet certiorari.vt d. leg.j.§ fi.& hac regula.& l.item veniunt.§.petitiā.hic al leg.quandoq; denuntiatio fit vt inciterur ille cui fit denuntiatio ad aliquid faciendum:vt si denuntietur venditor quod mouetur lis emptori,vt veniat ad defendēdum emptorem, tunc scienti est denunciandum quod defendat,vt leg.qui absentem, & ibi Bartol. ff.;de procur.& casus est in dict.leg.denuntiasse. in princip. & §. quid ergo.vbi etiam Bartol.reprehendit Dyn.hic.ff.de adulter.& tenent Bart & Bal.& Salyc.in leg.j.C. de peric.rei ven.& idem tenet Bart.in l.emptor.C.de euic.li. cet Cyn.ibi in 3.q.sequatur Dyn.hic,sequitur Bart.& in l.empti.act eod.tit.& ibi vide Bart.& Alex.& Bart. Soc. in l ij.§.fin.col.v.in gloss.in verbo scire.ff. sol. mat. vbi Doct.sequuntur Bart.& videlatè Alexan.post Bart.in l. non solùm.§.morte in vlt.char.ff.de no. oper.nunc.& Bart.& Bald.in l.item veniunt. §. petitam. hic alleg. &

ibi Alex. in addit. ad Bart. & tenet Abb. opin. Bart. in c. fin. in gloss. j. de contrahen. empt. & ibi Bellenzi. in addi. vbi ponit tres limitationes quas posuerat Alexan. in d. l. ij. §. fin. ff. solut. mat. & vide Bartol. in l. qui vxoris. §. quid ergo. ff. de adul. & tenet. Spec. tit. de emp. §. fi. in fin. licet. Ioan. And. ibi in addit. reperat. dicta Dy. hic, & non apertè decidit. & idem gloss Bald. & Card. Alexand. in c. j. de feud. vasal. ab aliquo interpel fnerit. & quomodo sit facienda denuntiatio venditori, vide ibi & Doct. sup. alleg. in l. emptor. C. de euict. & Ang in l. libera. C. de sentent. & interloc. omnium iud. vbi opin. Bart. dicit non seruari de consuetudine. & Bald in l. si cum quæstio. C. de eui. & in d. l. emptor. adde gloss. & Lud. Bolog. in suis primis interpret. in clement. caussam in fin. de elec. & Ang. cons. 176. incip in facto. & Fel. in c. cum contingat. colum 3. vsque ad fi. de rescrip. & in c. cum M. Ferrariensis colum. 22. in fin. de constitut. & decis. Capel. Tholos. 507.

In Regul. Non licet.

Argumenta.

1 *Dilatio concedi debet reo, quæ conceditur actori.*
2 *Actori negatur, quod reo non conceditur.*
3 *Reus ordinarium suum recusare non potest, actor vnum de pluribus eligere potest.*
4 *Actor reo iudicem suum auferre potest per rescriptum.*
5 *Actore & reo volente probare dominium, vter præferendus.*
6 *Reus an audiri debeat probare volens ad se pertinere si actor in probatione defecerit.*

REGVLA XXXII

NOn licet actori, quod reo licitum non existit.

†Legistæ ponunt exemplum istius regulæ, quod si actori petēti datur dilatio propter testes, ergo & reo, & exemplum locum haberet, si regula poneretur affirmatiuè, videlicet, quod licet actori, licere debet & reo, & multo plus

plus, vt patet de exceptionibus opponendis suprà eod. & nullus, & ff eo l. nemo exijs. Et in numero dilationum.
A vt C. de temp. in integr rest. l. petendæ. & ff. de fer. l. in pe-
2 cuniarijs. A in pluribus alijs. † Est ergo exemplum cõueniens. vt si denegatur reo potestas producendi testes post didicita testificata, ergo & actori. vt in auth. de testibus. §. illud tamen. colum. 7. quia communiter loquitur de vtroq; quia rei conditio fauorabilior est, quàm actoris. Item si reo non licet reuocare procuratorem post litem contestatam: ergo nec actori, vt ff. de procura. post litem. l. quæ omnia.

Opponi autẽ potest ad regulam dupliciter, & de duo
3 bus quæri potest. † Primò quia videtur. quod plus liceat actori, quàm reo. Certum est, quod reus non potest ordinarium suum recusare. vt C. de iurisdict. omn. iud. l. nemo. & tamen actor eligere potest vnum de pluribus ordinarijs rei, & consequenter aliũ recusare, vt C. de epis. & cle. l. cum clericis. in prin. Sed dici potest, quod cùm omnis diffinitio in iure nostro periculosa sit, sicut & pleræque fallunt quandoq;. & hæc ita.

4 † Item opponitur, quod actor potest auferre reo iudicem suum per rescriptum ad extraordinarium iudicẽ impetratum. vt C. de dilat. l. si quando. Et tamen reo nõ licet super hoc rescriptum impetrare, vt in authen. vt omnes obed. iud. §. hæc considerantes. colum. x. & C. vbi de crim. agi oportet. auth quia in prouincia. Solutio vt
5 in princip. † Quæri autem potest, si actor sit paratus probare de iure dominij rei de qua agitur & reus eodẽ tempore super iure dominij probationes offert, quis eorum præferendus sit in probando? & videtur quòd reus: quia in iure pari fauorabilior est eius causa, vt infrà eod. in re pari. & ff. de verb. oblig. l. si seruum §. sequitur. & de doli except. l apud Celsum. §. Marcellus. & videtur expressum. C. de inoffi. testa. l. liberi. & ff. de probat. l. circa. & de lib. causs. l. cui necessitas, sed credo sequendam esse opin. Azonis videlicet, quod ex ordine primo recipiantur
B probationes actoris postea probationes rei, B arg. C.
6 de fal. l. fin. † Item solet quæri, nunquid in qualibet cau-

sa au-

sa audiatur reus, si velit probare rem ad se pertinere, actore in probatione deficiente? & videtur quod nō: quia cum in vtroque casu sequatur absolutoria, vt C. de edē. l. qui accusare. & de rei vend. l. vlt. & Instit. de interd. §. commodum. & videtur sua non interesse & propterea non audiendus. C. de probat. l. ad probationē. Sed dicēdum est sua interesse: quia ff probet rem suam esse, consequitur ius C agendi, alias consequitur solum ius excipiendi vt ff. de iureiur. l. sed & si possessori. & ideò auditur arg. ff. de probatio. l. circa, & quia regulariter, quod licet actori licere debet reo, vt dictum est. C

ADDITIO.

L. in pecuniarijs. Adde ibi Doct. & nota quod in causis ciuilibus, quo ad dilationes dandas: quamuis reo nō possint dari plures dilationes numero, quā actori, quia dilationes sunt communes, vt d. l. petendæ. & ibi Cyn. Bart. & Bald. tamen possunt maiores & longiores dari reo quàm actori glo. in l. sicut. §. sed si quæratur ff. si ser. vend. quàm ibi sequitur Bar, & Bal. de quo vide Ber. de Bellentz, in addit. Abb. in c. duob. de re iud. & Adde not. per Dyn. & quæ ibi dico in addit in reg. cum sunt iura partium suprà eod. A

Adde. Lanfran. de Oria, in cap. quoniam contra. §. dilationes, num. 4. versic. sed pone. & ibi posui in apostil. de probatio & dixi in apostil. ad Panormitan. in Pro. cœm. decret, numero 8. versicul. in gloss. in ver. qua cessante.

Rei, Adde, quod idem tenet Ang. Aret. in §. si minus. colum. 8. versi. quomodo. Instit. de actio, & hoc in causis ordinarijs. secus in causis summarijs quia tunc dilationes debent abbreuiari, & terminus ad probandum pariter dabitur reo & actori, vt habetur in cle. sæpè de verb. sig. secundū eum & ita tenet gl. Bar. & Bal. in l. circa. ff. de probat & ibi Flo. & Cy. in l. actor in vj. q C. de probat. vide Bal. in l frustra. in fin. C de probat. & in l. ij. C. vt intra cer. tem. crimi. q termin. sed hodie in regno Franciæ plebiscitatur ad omnes fines, & admittuntur actor & B

reus

reus ad probandum, & qui melius probat ille obtinet, sic
cus in caussis summarijs.

C lus. Adde quod idem tenet gloss. & Doct. suprà prox. im. postil. allegat. & Cyn. in d. l. actor. in v. q. & gloss. fin. C. de falsis. & gloss. in c. ex insinuatione. in fin. de procur. volendo gloss. Dyn. hic & Doct. supradicti, quod si reus probauit rem suam esse, quod iudex debet declarare eum dominum, & idem Innoc. in c. ex conquæstione de restit. spol. sed Host. ibi tenet contrarium. & Bald. in d. l. circa. in antiqua lectio. & Abb. in d. c. ex conquæstione iiij. quæst post plura verba. tamen Flor. in d. l. circa. ad fin. dicit, quòd opinio Dyn. & sequacium est vera & cõmunis. vnde dicit ibi Bartol. quod ad euitandas opin. debet addi clausula, non se astringens. de qua dixi in regula. nullus. in prima addit. Adde Bald. in materia in d. l. fruſtrà in ij. oppo. de probatio. C. & Ang. Aret. in §. j. colum. penult. vers. in gloss. dicat. & ibi Iaſ. column. 19. Institut. de act. & Abb. & Fely. in cap. cum causſ. in prin. de re iudic.

In Regul. Mutare.
Argumenta.

1 *Eligens consilium mutare non potest in detrimentum electi.*
2 *Mandatum reuocare licet re integra.*
3 *Reuocatio mandati an & quando noceat mandatario exequenti mandatum.*
4 *Variatio quando & in quibus permittatur.*
5 *Filius qui hæreditatem paternam repudiauit, an possit ad eandem restitui.*

REGVLA XXXIII.

MVtare consilium, quis non potest in alterius detrimentum.

1 In eligente commodè poni potest exemplum, qui nõ potest mutare consiliũ in detrimentum electi post scrutinium, cum per electionem quæsitum sit electo ius peta-

dæ confirmationis, vt suprà de elect. c. publicato. &

de elect.

de elect. c. nulli licere. lib. 6. & de opt. leg. l. apud Au-
fidium. Item poni potest in iudicante & contrahente, &
in confitēte, A de quibus omnibus, plenè per omnia di- A
ctum est suprà eod. c. quod semel, & ideò ibi dicta hic re-
peti possent. †Sed opponitur & videtur, ꝙ licet mutare 2
consilium: quia certū est, ꝙ licet reuocare mandatum
re integra: ergo licet mutare consilium. vt ff. mand. l. si
mandauero tibi. §. sicut. †Sed dicendum est. quod reuo- 3
catio procedit sine detrimento alterius. quia si ignora-
tur reuocatū, reuocatio non adfert damnum ignoranti. B
B vt ff. de solut. l. cum quis. §. si debitorē. & de donat. le.
hoc iure. §. si quis dederit, si sciuit damnū sua culpa sen-
tit, & ideò fictione iuris sentire non videtur, vt in regu-
la iuris. Item opp. & videtur, quòd liceat variare & con
sequenter consilium mutare, vt ff de collat. l. nonnun-
quam & rerum amot. l. de rebus, & de act. empt. l si steri-
lis. §. vlt. & de lib. leg. l. Aurelius. §. pen. †Sed dicendum 4
C est, quòd aut varietas deprahēditur circa eandem rē. C
aut circa diuersas, quæ nullam connexitatem habent,
aut circa diuersas, quæ ratione connexitatis habentur e-
iusdem loco. Primo casu est prohibita variatio, vt hic, &
suprà eod. c. quod semel & ff. de le. j. l. serui electione. &
l. huiusmodi. §. Stichum, & de leg ij. statu liberum. §. Sti-
chum. & de bonis liber. l. nam absurdum. †fallit in filio 5
D cui fauetur circa hæreditatem paternam, licet videa- D
tur semel repudiasse, vt ff de colla. bon. l. nonnunquam.
& de iure delibe. l si quis suus. & C. de repud. hæred. l fi.
in secundo casu variatio admittitur, vt d. l. si sterilis. §.
fi. & rerum amot l. de reb. Tertio casu reprobatur, vt ff.
de procu l. in causſæ. & de vsur. l. Caius. & de dam. infe.
l. prætor. §. vnde quæritur. & de administr. tut. l. cū quæ.
ritur. E Dynus. E

ADDITIO.

Confitente. Ad hanc regul. vide Deci. in l. nemo po- A
test mutare. ff. eod. tit. & Alexan plenè in l. in ratione. §.
si filio. colum. fi. versi. in ead. in fin. num. 7. & 8. ff. ad leg.
Falcid. G. S.

Ignoranti. Adde Bart. & ibi Alex. in addit. in l. cum B

quis.§.si debitorem ff.de solut.& pulchrè.Felyn.in cex parte decani.col.8.cum seq.vsque ad finem de referi.vbi videas quando reuocatio procuratoris non fuit notificata parti vel procuratori ad recipiendum debitum,vel renuntiandum beneficium in manibus superioris constituto noceat,& ibi benè no.plures ampliationes & limitationes ad clem.j.de renunt.& Ludo.Bolog.in c.audi. tis de procur.& in c.ij.eo tit.in primis interpret.& Hippo de Marsil.in singul.58.

Adde an procutator reuocatus obligat dominum ipsum.& dic,quòd sic.per text.in l.sed & si pupillus.versi, sed si aliàs:iuncta gloss. ff.de Institut. quem ad hoc pro singulari refert Ro.sing.ccccl xxiij.incip.variant continuè.Sed an procuratore ad negotia constituto,reuocato absq; notificatione, damnificatus possit agere ad interesse contra reuocantem & dic,quòd aget actio,de dolo:vt est casus in l.quidam debitor.iuncta glossa in versi. j secundum Bartolum.& Ludouic.ibi ff.de dolo refert. & sequitur Roman,singul.cclxxxvj.incip.procurat.ad neg.

C Dicendum Adde quando quis possit mutare consilium,Bald.consi.cccliij.lib.iij.& Dyn. & ibi Barto.in l. de rebus.& ibi Alexan.in addit.ff rerum amot.& Bald. & Moder.in l.si cum dotem.§.eodem.ff.solut.matri.Et not.quod licet consultori,qui malè consuluit mutare cō silium,vt not.Bald.in l.fin.§.sed cum in secundam C.de furt.& ibi Alexand.in addit & Bald.Ioan. Fab.& Ang. Aret.in §.his itaq; in fin.Instit.de iust.& iur. & Bart. in l.serui electione.in princip.ff.de l.j.& in l si strilis.§.fin. ff.de act,emp.Et in varietate Doct.quid tenendum,vide Fely.in c.ne innitaris.col.j.versi.fallit.de constit.& in c. j.de præsump.

D Filio.Etiam emancipato: quia hodie bona sunt extensa ad omnes liberos: & consequenter idē in filia.per §. nulla. in authent. de hæredis ab intesta. facit, quod notat.Barto.& Iason. in leg. iiij. C. de iur. & fact.ignorant.& quæ ibi dixi,& in consuetut. Parisien.§. cxxvij. C. M.

L.cum

L. cum quæritur. Adde Dy. hoc idē apertius declarā tem iu. c. cui licet. versic. Item oppo. de. l. in causſæ. infra eod. F. C. E

In Regul. Generi. Argumenta.

1 *Generi per ſpeciem derogatur in legatis.*
2 *Legato generis quo caſu per ſpeciem derogetur & nam. ſeq.*
4 *Legatum de duabus ſtatuis marmoreis. & item de omnī marmore factum, qualiter intelligendum.*
5 *Genus quando reſtringatur per ſpeciem.*
6 *Specierum enumeratio quando genus reſtringat ad enumeratas.*
7 *Species quando dicatur enumeratæ grotia dubitationis tollendæ.*
8 *Legato ſub nomine vniuerſali an derogetur per aliud minus vniuerſale.*
9 *Genus an quandoq; deroget ſpeciei.*
10 *Enumeratio generalis ſpecierum an operetur idem quod ſpecialis.*
11 *Species an reſtringat genus in ſubſtitutionibus.*
12 *Contractus ſpecialis, quandō deroget generali.*
13 *Species an deroget generi in legibus.*
14 *Statuta locorum & conſuetudines in facto conſiſtunt. Conſtitutio non extenditur ad non cogitata, & quæ in facto ſalteno conſiſtunt.*
15 *Reſcriptum ſpeciale derogat generali.*
16 *Argumentum de legatis ad reſcripta validum eſt.*

REGVLA XXXIIII.

GEneri per ſpeciem derogatur.

Exempla iſtius regulæ A poni poſſunt in legatis, & in ſubſtitutionib. & contractib. & in legumlatoribus. & in reſcriptis. †In legatis, quia ſi teſtator legauit vni ſpeciem. & alteri genus generi per ſpeciē derogatur, B ff. de l. 3. l vxorē. § feliciſſimo. & l ſeruis vrbanis. §. pen. Itē ſi legat libertis alimenta in genere. & vni libertorū B

A

1

legat alimenta in ſpecie: ille cui legatur in ſpecie, non admittitur ad legatum generale vt ff. de alim, leg l. alimenta. §. Baſilicæ. & l. Stichus, in princip. Sed oppo & videtur, quòd generi, per ſpeciem non derogetur. † Nam ſi teſtator legat vni genus, & eidem ſpeciem per enumerationem ſpecierum, non derogatur legato generis, C vt ff. de fundo inſtit. l. quæſitum. §. vlt, Dicunt. D. quidam q̃ aut legatur vni genus. & alteri ſpecies, & tunc generi per ſpeciē derogatur: aut legatur vni & eidem genus & ſpecies. & tunc generi per ſpeciem non derogatur, quaſi ſpecies exabundanti videatur apponi, vt in l. quæſitum quod falſum eſſe apertè apparet, quia in l. cum de lanionis. §. cui fundū. & §. quidā. & l. Seiæ in prin. ff. eo. de fun. inſtr. eidem legauerat genus & ſpeciem. & tamen generi per ſpeciem derogatur, quia legatum generis reſtrictū videtur ad ſpecies enumeratas, & idem probatur de ſup pell. leg. l. legata. † & ideò videtur latius diſtinguendum, quàm Gloſſa iuris ciuilis diſtinguat: quia aut teſtator legat vni genus. & alteri ſpeciē. aut legat eidem genus & ſpeciem. ſi vni genus & alteri ſpeciem, generi per ſpeciē derogatur. vt d. l. vxorem. §. feliciſſimo, ſiue primo genus, & poſtea ſpecies, ſiue primo ſpecies & poſtea genus legatur, vt ff. de manumiſſ. teſt. l. ſi peculium & d. l. quæſitum. §. vlt. in ſecundo caſu, ſcilicet quando legat eidem genus & ſpeciem, aut extra legatum generis enumerat ſpeciem aut enumerat indiuidua, quæ ſub certa ſpecie eiuſdem generis continentur, ſi enumerat indiuidua, enumeratio operatur quod legatum generis non extēditur ad alia indiuidua quæ ſub eadem ſpecie continētur, ſiue præcedat legatum generis, & ſequatur enumeratio indiuiduorum, ſiue econtra. † verbi gratia: lego Titio duas ſtatuas marmoreas. Itē omne marmor. Et licet ſimiles ſtatuas marmoreas habeam, nulla cedit in legatum præter duas, vt ff. de l. iij. in hæres mrus. §. j. & de fundo inſtru. l. cum de lanionis. §. cui fundum & de auro & arg. leg. l. j. item ſiduæ. Si vero enumerat ſpecies indiuidua continentes: aut primo ſpecies & poſtea copulatiuè genus: aut econtrà primo genus & poſteà ſpecies.

Primo

Primo casu videtur ampliare legatum & non restringere, vt ff.de leg. iij.l.hoc legatum. & l.ea tamen.Sed contra istud membrum distinctionis, videtur apertè. ff. de vino trit.& oleo leg.l,fin.§.cui dulcia. E † Nam ibi primo enumerantur species, & postea genus:& per enumerationē specierum restringitur significatio generis, sed illud ibi non contigit propter enumerationem præcedentem specierum. sed propter naturam copulatiuæ & rei copulatæ,vt vbi apparet dum dicit ex collatione vini,&c. & ar de fundo instru. leg. Seiæ. §. Caio. † Secundo casu quando primo genus, & postea species: & tunc habet locum distinctio glossæ iuris ciuilis posita in præalle.l.quæsitum.§.vlt.quia aut species enumeratur ab errante, aut à sciēte,si ab errante,enumeratio nihil operatur,& ideò legato generali relicto non videtur detractum vt ff.de supell. leg.l.legata.in princi.si à sciente,aut caussa dubitationis tollendæ, aut caussa limitationis aut dubitatur. Primo casu species ex abundanti enumerantur:quia potius ad maiorem euidentiam videntur enumerari quàm vt derogetur legato generis, vt ff.de aur.& arg leg.l.pediculis.§.Labeo,& ff.eo.l.quæ dubitationis. Secundo casu legatum videtur restringi ad species enumeratas.& ideo genus ex abundanti exprimitur,cum eius expressio nihil operetur:vt ff.de fundo instr.le.l.cùm de lanionis.§.quidā.& l.Seiæ. in princip.de suppellect.leg.l.legata.j ij. & iij.resp.† Tertio casu quando dubitatur.dicendum est potius quod gratia tollendæ dubitationis, F videatur exprimere species & ideo legatum generis non diminuitur:vt d.l.quæsitum. §.si quis fundum,qui propriè loqui videtur in casu dubio † Quid autem si vni legaret sub nomine vniuersaliori,alij sub nomine minus vniuersali? G dico quod vniuersalius habetur loco generis minus.H. vniuersale habetur loco speciei.& ideò per minus vniuersale derogatur vniuersaliori,sicut generi per speciem.Verbi gratia.si filio legat hortum instructum: filio vero argentū mulicbre quod in horto habuit,illud ad filiam pertinebit, vt ff.de fundo inst.l.quæsitum.§.fin.& arg.de legat. iij.l.

E 5 6 F 7 8 G H

iij.l.vxore.§.codicillis,& de pecul.leg l.seruo manumis-
so.& de auro & arg.leg.l.j.§.idem est cum alteri. Itē op-
9 ponitur ad regulā,& videtur †q; specei per genus dero-
gatur:& non econuerso:quia si primo lego alimēta qui
busdam libertis,postea lego alimenta omnib.per gene-
rale videtur esse recessum à speciali,vt ff.de alim.leg l.li
bertis. Dicēdum est,quod aut generale & speciale expri-
I muntur in eadem voluntate aut in diuersis, si in eadē
voluntate. I tunc speciale derogat generali, siue præce-
dat.siue sequatur,vt ff de alimen.le.l legata.§.Basilicæ.
& l.Stichus.in pri.Si in diuersis.posterius derogat priori
* vt d.l.libertis in princ.Secūdo casu*siue exprimatur in
eadem voluntate,siue in diuersis:itē siue præcedat ge-
nerale siue speciale,speciale derogat generali.vt ff de l,
iij,l.vxorem.§ codicillis.in tertio casu videtur neutrum
10 alteri derogare.ff.da alimen.le.l.alio.in fi. de annuis le.
l.Titia.§.qui Marco. †I ē opponitur & videtur, quod
K specie expressio generalis nihil operetur: quia q; ope-
ratur expressio singularum specierum.hoc operatur so
la expressio generis sub qua species cōtinētur.K vt ff. de
legat.3.l.si chorus in princip.& de vsu.& habitio.l.si ita
in princ.Respondeo & dico,quod vbi solum genus ex-
primitur,tunc perinde habetur,ac si exprimerētur sin-
gulæ species in genere comprehensæ. vt in præall. l. si
chorus sed vbi exprimitur genus & species, habēt locū
11 supradicta.†In substitutionib.autē posset poni hoc mo-
do exemplum, pone,testator instituit patrem & filium
insolidum in vna parte,& eos inuicē substituit. Secun-
do instituit alios hæredes ex reliquis partibus.Tertio di
cit ●mnes inuicem substituo.ista enim substitutio gene
L ralis,non extenditur ad patrē & filium, qui erant in-
uicem substituti,vt ff. de vulg & pup.substit.l.cohæredi
§.qui patrem. L Sed contro hoc videtur ff.ad Trebel.le.
vlt.vbi per substitutionem specialē non derogatur gene
M rali,Sed ibi M erant species substitutionis diuersæ:quia
prima specialis erat vulgaris siue reciproca, secunda ge
neralis erat & fideicommissaria,sed in §.qui patrem spe
cialis & generalis erant eiusdem generis,quia vtraq; vul

garis

garis siue reciproca, & ideò generali derogatur per spe- 12
ciale, †In contractibus Nautē patet exemplum. ff. de N
verb.oblig.l.doli clausula, & l.stipulationes commodis-
simum. quia si stipulor ab aliquo librum scribi de die, &
non de nocte, per se & non per discipulum. & dolum ge
neraliter non committi, & ipse scribat per alium æquè
malum. non per discipulum, committitur stipulatio ex
generali clausula de dolo sed ad casum stipulatione ex- 13
pressum non pertinet. †In legum latoribus O pater exē- O
plum, ff. de pœn. l. sanctio P legum. Item supra de consti. P
c.j.lib.vj. vbi per constitutionem generalē editam à Ro-
mano Pontifice, nō derogatur specialibus statutis ratio
nabilibus aliorum locorum, nisi in constitutione gene-
rali contrarium caueatur expresse. Sed contra videtur.
ff. de sepul. viol. l. 3. §. diuus. vbi per rescriptum imperiale
sequens. derogatur consuetudini speciali alicui loci, sed
prout varijs modis punctatur, potest varié responderi.
Vel potest dici, quòd supra de constit. c.j. est ius nouissi-
mum iure canonū introductū. & rationabiliter. † quia 14
statuta locorum & consuetudines in facto consistunt, &
verisimile est Romanum Pontificem ignorare ea, quæ
in alieno facto consistunt ideò non videtur voluisse cō-
stitutionem extendi ad ea tollenda quæ ignorauit cum
constitutio extendi non debet ad tollenda ea de quibus
constituens non cogitauit, vel non est est verisimile co-
gitasse. arg. ff. de transact. l. cùm Aquiliana. & l. qui cum
tutoribus. §. j. & § fi. & l. non est ferendus & de contrahē.
emp. l. in lege. & de acqu. hæred. l. nec is. & l. si is ad quē.
†In scriptis patet etiam. Q quod speciale derogat gene- 15
rali, vt sup. de præben. c. dudum, &c. quamuis tibi, lib. vj. Q
†quæ dicta sunt superius in legatis, trahi possunt facilè 16
ad rescripta.

ADDITIO.

Regula qualiter species, quæ generi derogat, compræ A
hendatur sub illo genere, vide Dy. supra in procem. nu.
20. F. C.

Derogatur. Etiam si legatum generis redderetur inu-

tile. secundum Deci. in l. in toto. num. 13. ver. ij. amplia. tur. ff eodem.

C Generis. Vide glo. in l. maritus, in verb. præscripserit. in fi. C. de procurator. G. S.

D Dicunt. Adde ad not. hic per Dyn. quando in legatis per speciem generi derogetur. pulchrè Bar. in l. quæsitũ. §. vlti. de fundo instru. qui latè tractat hanc materiam per quatuor quæstiones prius pro euidentia materiæ declarando, qualiter hic assumatur genus, species, & indiuiduum, & in hac materia vide ibi Alex. in addit. & hic Ioan. Andr. & Moder. & Bart in l. si domus. ff. de l. j. Ab. in c. & latius in c. pastoialis. §. quoniam. colum. j. de rescrip. & ibi Felyn. in princ. & vide Doct. in seq Addit. & Bart. & Alexan. in l. j. §. hoc autem. ff. de noui ope. nunt. & vltra præcicta in legatis. vide Dyn in l. cum quæstio. C. de l. & Bart. in l. alimenta. §. Basilicæ. & l. libertis quos in princ. & l. Stichus ff. de alimen. & ciba. leg. & Bald. in l. Titiæ textores, in prin. ff. de legat. j. & in materia. Lud. Bologn. in l quoniam. C. de conuenien. fisci debit. libr. x. in primis interpre. & Bald. consil xxxiij, incip. ad euidentiam. versi. secundo præmittendum. lib. j. & in cons. lxv. & in con. clx. eo. lib. & in consi. cccl xxxv. col. ij. libr. 4. & Abb in c. ex parte. el. j. de offi. deleg & Paul. de Cast. in consi. clxxvij. in nouis. & Ang. in conf. cccl v. in j. & ij. col. incip. q. prædicta.

Adde omninò, quod notaui in tracta. meo clausularum. in princip. in verb. clausula generalis, & dixi in apostil. ao Card in. in clement. j. in verb. generi in princip. de præbend. & istis adde, quod notaui in apostil. sequent.

E §. cui dulcia. Adde ibi Bart. quando enumeratio speciei restringat significationem generis. Abb in ca. sedes. colum. 3. & vltim. de rescrip. vbi alleg hic Dyn. & ibi vide sing. Felyn. col. ij. versic. clausula generalis. & Bald. in l. quoties. C. famil. hercis. & Doct. suprà alleg in præced. addi. & Bal consi. cclx. in iiij vol. & in consi. ccvij. eo. lib. & in consi. cccij. col. ij. ver. sequitur. lib. ij. & in consi. cccxviij. eod. vol.

Adde

Adde Guliel. de Cugn. in l, fin. num. 3. in verſi generi per ſpeciem derogatur. C. de fer. Rebuf l. decurionib. numer. 3. C. de ſilentiarijs decurio. lib. xij. Dyn. l. libertis. in ver. per ſpeciem derogatur. de alimen. leg gloſſ in l. vxorem. §. feliciſſimo. in verb generali. de leg. iij. Bartol. in l. quæſitum. §. ſi quis fundum in ver. tractatus poſt Alex. & alios. ff. de fundo inſtru.

Dubitationis. Hoc ait Deci. in d. l, in toto. tum demũ procedere, cum ſpecies enumeratæ reſpiciunt actum legandi. ſecus ſi reſpiciant genus ipſum. F

Vniuerſali. Ad cognoſcẽdum. quæ diſpoſitio ſit magis ſpecialis & quæ minus, vide Dec. in l. in toto. in prin. ff. eod. F. C. G

Minus. Idem Alex. conſi. lxv. nu. 7. li. 7. vbi in annotatio. dixi. Decius. conſi. xviij. col. j. conſi. 44. in fin. conſil. cccl xxxij. num. 4 Hieron. Grat. conſi, cxxxviij. num. 14. lib. ij. C. M. H

Voluntate. Adde Bartol. in l. quæſitum, colum. 4. ver. ſic. venio ad ſecundam quæſt. & videtur hic eſſe defectus in diſtinctione Dyn, vt potes videre, vide Bart. in l. ſi conſul. de adopt. & Dyn. in l Titia. §. qui Marco. aliàs in cip. l qui Marco. ff. de annuis leg. & in l. doli clauſula. & ibi Ioan. Andr. Imol ff. de verborum. obl. poſt Bar. & Bald. I

Continetur. Adde eundem Dyn. in c. generali. circa fin. infra eod. F. C. K

§. qui patrem. Adde ibi Bartol. Bald. & Alexand. & Barbol. in dict. l. quæſitum. §. vltim. & Bart. in l. fin. ff ad Trebel. aliter ſoluit. arg. quàm Dyn. hic, vt ibi per eum vide. L

Sed ibi Hanc ſolut. ſequitur Deci. in dict. l. in toto. num. 12. M

In contractibus. Idem tenet Deci. vbi ſupra, numero. 11. N

Legum latoribus. Nunquid perpetuò vera ſit reg. in ſtatutis. vide Deci. dict. l. in toto. num. 7. latè diſtinguit, F. C. O

L. ſanctio. Adde quando in diſpoſitionibus legalib. ſpecia- P

ſpecialis deroget generali. Dyn. & quę ibi dixi in addit. in regula poſſeſſor. ſub nu. 19. Bar. & Alex. in l. j. §. hoc autem. de no. oper. nuntia. & Alex. in conſil. xix, verſi. vltra prædicta. lib ij. & Bar. in l. libertis. in princ. ff. de alimen. leg. & in l. ſanctio. legum. ff. de pœnis. & ibi Alex in addit. & Bald. Ang. & Salyc. in l qui ſepulchra C. de ſepul. viol. & Angel. Aret. in tract. Malefic in gl caput à ſpatulis. in ij. q. & ibi Ang Aret. & Bernar. Landrij in addi. & Bald. conſi. ccxx. col. pen. ver. quædam alia fuerunt. li. 3. & vide amplè per Doct ſuprà proximè alie. quando pœna ſtatuti tollat pœnam iuris communis, vel econtrà. de quo vide, quæ dixi in §. xvj. in glo. j. de iuriſd. omn. iudi. & Bart. in diſputatione ſua incipien. Piſanæ ciuitatis. col. j. ver. viij & Bart in l. de quibus. ff. de leg. col. iij. verſ. oppo. ad fin & ibi Alex. in addit. & etiam Bart in col. 4. in prin. ponunt, quod conſuetudines conſiſtunt in facto & maximè per Bart. & Alexand. ibi in addit. in ij q & amplè ibi per Doct. Modern. in l. ij. C. quæ ſit longa conſuetudo

Adde. Bal. omninò in l. ea quidam. ad fin. & quod ibi poſui in apoſtil. ad ipſum in verſi. generalis infamia. C. de accuſat. & ad materiam ſtatutorum, an generale reſtringatur, per ſpeciale, vide omninò Alex. conſil ciij. & ſeq. vol. 4.

Etiam. Adde Abb. & Felyn. ſup. in j. & ij. addit. alleg. Et quid in priuilegijs vide text. in c. veniens. de præſcri. quam ibi plenè not. & Ludoui. Bologn. in d. l. quoniam de conuenien. fiſci. deb. & ad omnia dicta hic per Dyn. vide Angel. in conſi. cx. colum. j. verſi. porrò. & in conſi. 224.

Adde bonum textum quod quid in priuilegijs, mandatis, arbitrijs, vide Deci. in d. l., n toto, à num. 14. vſq; ad fin.

In Regul. Plus ſemper. Argumenta.

1 *Quarta bonorum debetur, ſi eandem legare intendens dimidiam errore ſcripſerit.*

2 Stipu-

2 *Stipulatio in qua interuenit interrogatio de maiore summa, & responsio de minore, valet quo ad summam minorem.*

3 *Sententia à pluribus lata, valet in eo, in quo omnes consenserunt.*

4 *Absolutus à fundi petitione, præsumitur absolui à qualibet eius parte.*

5 *Stipulatio inutilis est, si de vno respondeatur, de duobus alternatiuè interroganti.*

6 *Stipulatio redditur inutilis per diuersitatem qualitatis inter interrogationem & responsionem.*

7 *Imperium merum & iurisdictio sunt species ad inuicem distinctæ.*

Plus quibus casibus non contineat minus.

REGVLA XXXV.

PLus semper in se continet, quod est minus.

Vt † ecce si testator intendens legare quartam partē 1
bonorum: scripsit dimidiam debetur ei quarta, quia dimidia inest: vt ff. de leg. j. qui quartam. & de hæredibus iustitu. l. quoties. §. sed si maiorem. Item † si volens stipu 2
lari interrogo de xx. & interrogatus respondeat. de x. valet stipulatio de decē. quia maiori summæ minor inest, vt ff. de verb. oblig. l. j. §. si stipulanti. A Item † in senten- A
tia, quia si vnus arbitrorum condemnat. in xv. alius in 3
x. & alius in v. valet sententia in v. cum in v omnes consensisse videntur, ex eo quod plus semper in se continet quod est minus, vt hic & ff. de arbit. l. diem proferre §. si 4
plures. & suprà de arbitris. c j. li. vj. Item si sim absolutus à petitione totius fundi, absolutus videor à qualibet eius parte, vnde in qualibet eius parte, obstat exceptio rei iudic. vt ff. de exceptione rei iudicatæ leg. Iulianus. & l. si quis cum totum. ff. de regul. iur. l. in eo quod plus. & in l. in toto. Item si absolutus sum à petitione vniuersali vt hæreditatis petitione, obstat exceptio rei iudi vē dicanti res singulas ex eadē causa: vt ff. de excep. rei iu. l. Iulian. & l. si quis cum totum, & eadē ratione: quia plus

sem-

5 semper in se continet, quod est minus. Sed† contra regu
lam est, quia si interrogo vtrum prom. ttas Stichum aut
Pamphilum: & respondeas de Pamphilo tantum, stipu-
latio est inutilis, quia interrogatio non videtur præces-
sisse ergo plus non semper cõtinet, quod est minus. vt ff.
de verb. oblig. l. inrer stipulantẽ §. si stipulante. Sed re-
spondeo, & dico, quòd ibi non impeditur stipulatio va
lere ex eo, quod non videatur interrogatio præcessisse
de Pamphilo: præcessit enim cũ plus contineat in se mi-
nus. sed ideò impeditur, quia cõcepta alternatiuè inter-
rogatio de quolibet, videtur concepta sub conditione:
scilicet si alterum non detur. ff. de optio. le. l. cum ita in
6 prin. † Et ideo respondetur ad alteram purè. videtur in-
ter interrogationem & respodsionẽ in qualitate diuer-
sitas: quæ diuersitas qualitatis reddit stipulationem in-
utilem. vt ff. de verb. oblig. l j. §. si quis simpliciter Item
B B contra regulam est: quia si concedatur alicui merum
imperium. vt latrunculatori, non videtur concedi cogni
C tio de rẽ pecuniaria: Ergo merum imperiũ, quod est
plus. non continet in se cognitionem caussarũ ciuilium
7 quod est minus. vt ff. de iudic. l. solemus §. latruncula-
D tor. Sed† dicẽdum D est, quod merum imperium & iu-
E risdictio sunt species distinctæ ad inuicem separatæ. E
vt not. ff. de iurisd. omnium iud. l. imperium, & ideò vna concessa nominatim potius videtur altera denegata.
vt in §. latrunculator. arg. C. de procur. l. maritus. & de
pact. conuen. l. fin & ff de vulg. & pupil. substitut. l. si ita
quis. & l. cum ex filio. §. filio. & l. ex facto. §. Item quæro.
hic autem loquitur de illo pluri, sub quo minora conti-
nentur vel compræhenduntur, vt species, vel partes, &
eodem modo responderi potest ad c. cui de non sacerdo
tali. sup. de præben. quia posito etiam, quod non sacerdo
talis esset maior, quam sacerdotalis concessa non sacer-
dotali videtur sacerdotis potius denegata. quia non se
habent vt pars & totum, de quibus loquitur regula, sed
habent se vt distinctæ species inuicem separatæ.

A ADDITIO.

§. si stipulanti. Adde quando pluri seu maiori summæ

ia.

ineſt minor. pulchrè Bart. Alexand. in d. §. ſi ſtipulanti. vbi ponit regulam cum ſex fallen. & aliquas quæſtiones ad materiam. & vide hic Doct. Mod. poſt. gl. & Bar. in l ſi vnus. §. ſi cum mihi. ff. de pact. limit. niſi de voluntate partium appareat, vt in maiori quantitate non contineatur minor, tunc non habet locum hæc regula, vt no. gl. quam faciunt ſing. ibi Angelus. Alexand. Franciſcus Aretin. in j colum & Ludouic. Bologn. in ſuis primis interpret. in d § ſi ſtipulanti. Item limita ſecundum Alex. in conſil clxxix. colum. vlt. verſic. nec etiam. volu. v. niſi diuerſæ & ſeparatæ ſint diſpoſitiões, & vna facta de maiori, & alia de minori. quia tunc in maiori ſumma non compræhenditur minor. vt l. ex facto §. item quæro. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit. vide per Moder. in d. §. ſi ſtipulanti. & Dy. infra in reg. in toto. & deciſ. Capellæ, Tho. ccviij. & Dec. in l in eo. ff. co. Limita vltra limit. hic poſitas, & alias, quas ponit Alexand. in d. l. ex facto. §. item quæro. & in l. Sempronius Proculo. fin. de leg. ij. vt per Pauor. in c. fin ff. de plus petit. ſcilicet hanc regulam non procedere quando negatiuè profertur: & ita not. Archid. 3. q. 9. c. nihilominus.

Item. Adde ibi Bart. Paul. de Caſt. Imol. & Alex. pulchrè, & in d. §. ſi ſtipulanti. quod magis vitiat diuerſitas in qualitate, quam in quantitate. & ratio eſt ſecundum Bart. & Doct. in d. § ſi ſtipulanti quia diuerſitas in qualitate inducit diuerſitatem circa ſubſtantiam obligationis, vt ſentit hic Dyn. B

Pecuniaria, Adde an iudex maleficiorum cognoſcat de cauſſa ciuili, vide Innoc. in c. cum oporteat. de accuſatione. & Bald. & Bart. in l. pen. ff. de calumnia. & Bart. & ibi Alex. in addit. in l. interdum. §. qui furem. ff. de furt. & Cyn. in l. ſi quis ad ſecundum. C. ad legem Iul. de vi publ. & Bald. in l. teſta. & ibi Doct. C. de teſtam. & Ang. Aret. poſt gl. in verb. tramites, in proœmio inſtit. col. vlt & Bald. & Lud Bolog. in ſecundis interpr. in l. ſolemus. §. latraculator. ff. de iud. vbi dicit, quod incidenter bene poteſt cognoſcere, in quantum dicit iudicem maleficiorum poſſe cognoſcere incidenter de cauſſa ciuili. tu dic C

hoc

hoc verum viuente eo contra quem est inchoata causa criminalis: secus si moriatur, quia contra eius hæredem pronuntiare non posset. l. diem functo & ibi Bart. ff. de officio assessor. secundum Rom. sing cccxxv incip. quæro nunquid: nec etiam contra tertium, vt not sing. Bar. in alleg. §. qui furem, quod intelligo quando procedatur per viam accusationis, non autem per viam inquisitionis, vt not. Innoc. in cap cum oporteat de accusat. licet Bald. contra in l. ea quidem. colum. 6. C qui accus. non poss. & Alex in d §. qui finem. ff. de furt puto autē quòd si tunc vocaret iudex ciuilium causarum. quòd iudex maleficiorū possit de illis cognoscere, vt not. Angel. in l. si vacantia in ij. oppos, verti. item ex prædictis. C. de bon. vacan. lie. x.

D Dicendum. Alio modo soluit Dec. in l. non debet. cui ff. eod. quod scilicet regula non procedit, vbi est facta diuisio pluris & minoris. vide eum ibi.

E Separatæ. Adde Bar, Alex. & Moder. in quo differunt iurisdictio & imperium, & an iurisdictio contineatin specie merum & mixtum imperium, in l. imperium. ff. de iurisd. omnium iud.

In Reg. Pro possessore.

Argumenta.

1 *Possidere dolo desinens perinde tenetur. atque si possideret.*

2 *Actio vtilis & directa non differunt in substantia. & num. 17.*

3 *Possidere qui dolo desijt, quod ad damnum suum possidere præsumitur.*

4 *Dolus in dubio non præsumitur.*

5 *Dolus per coniecturas probari potest.*

6 *Cautio de euictione quando ei præstari debeat, qui dolo possidere desijt.*

7 *Actio de euictione an concedatur eo casu, quo non fuit cautum.*

8 *Actor an debeat cedere actiones ei, qui dolo desijt possidere,*

9 *Possi-*

9 *Possidens quod discernatur ab eo, qui dolo desijt possidere.*

10 *Possidere dolo qui desijt, an actionem in rem sine cessione habeat.si æstimationem soluerit.*

11 *Solutio æstimationis habetur loco emptionis.*

12 *Æstimatio quando solui debeat, vel res ipsa restitui, & nu.14.*

13 *Debitor ad plura alternatiuè obligatus, eligere poterit quid soluere velit.*

15 *Æstimationē soluens tum,cùm non possideat,an circa cessionem habeat actionem in rem.*

16 *Possidere culpa desinens,quomodo differat ab eo, qui dolo desijt.*

18 *Dominium vtile an censeatur is habere, cui ceditur vel venditur actio in rem.*

19 *Cessio actionis,& instrumentorum traditio.paria.*

20 *Instrumentorum traditione transfertur dominium.*

21 *Dominium non acquiritur sine possessionis appræhensione.*

22 *Actio in rem transfertur translato dominio.*

23 *Principale trahit ad se accessorium,non econuerso.*

REGVLA XXXVI.

PRo possessore habetur, qui dolo desijt possidere.

†Si dolo desijsti possidere rem quam à te petebam,vel petere proponebam perinde teneris A rei vend sicut teneretis si possideres. B vt ff. de rei vend. l. sin autem. § sed & is. & ff. eod. l. qui dolo. & l. parem. cum multis similibus. Sed opponitur & ostenditur quod non habeatur pro possessore, vt patet quia tenetur vtili, C ff. de noxa. l. ele actio. § si is quem & si possideret, teneretur directa. †Sed dicendum est quòd vtilis & directa D non differunt in substantia. vt ff. de negot. gest. l actio. & ideò effectu pro possessore habetur. Item opponitur circa idem: quia possidenti fit cessio: vt ff. de rei vendic leg. hæc si res, & tamen si dolo desijt possidere, non fit cessio. vt ff. eod. titul. leg. is qui dolo. & leg. nec quasi. †Sed dicendum est,

1 A B

C

2 D

3

est, quod pro possessore habetur, quantum ad damnum
4 suum non quantum ad commodum. † Item cùm sem-
per præsumatur abesse dolus, si adesse non probetur. vt
ff. de prob. l. quoties. §. qui dolo & de legat. ij. le. cùm ita
5 legatur. § species. Dubitari posset rationabiliter, si dolus
E potest probari. † Et dicendum est. quod dolus probatur
F ex coniecturis E c. ij. de renun. in vj. nam si iam eram litè
contestatus. vel dederam solum libellum, F vel denun-
tiaueram sibi, quod eram daturus libellum, & ipse desi-
nat postea possidere. præsumitur dolo desinere, & ideo
conuenitur ac si possideret, arg C. de rei vendic. l. si fun-
dum. & ff. de edendo. l. quædam. §. nihil. & ex quib. caus.
in poss. eatur. l. ij. & not. eod. tit. l Fulcinius. § quid si la-
titare. Quæri autem potest circa materiam huius capit.
de pluribus, quorum quædam nonnunquam reperiun-
tur sufficienter determinata. † Primum est, an ei, qui do
6 lo desijt possidere, si conueniatur. & æstimationem sol-
G uat, debeat de euictione G caueri? & dicendum est, quod
aut habuit causam ab actore, aut non. si habuit, caueri
debet, vt ff. de dona. inter vir. & vxor. l. si donatæ in prin.
alias si non habuit causam. non debet de euictione ca-
ueri vt ff. de rei vend. & l. ex diuerso §. petitor. & de con-
dic. fur. l. si seruus. §. cauere. † Secundo quæritur. an ex
eo casu, quo non cauetur, possit nihilominus de euictio-
H ne agi H re euicta contra actorem, cui æstimatio soluta
est? Et potest dici, quòd sic: quia qui æstimationem sol-
uit, emere videtur. ff. rerum amot l. si propter res. ergo li
cet non fuerit dictum, quod de euictione agatur, nihilo
8 minus poterit agi. C. de euict. le. non dubitatur. † Tertio
quæritur an per actorem debeant actiones cedi ei qui do
lo desijt possidere? Et videtur quod cedi non debeant: vt
ff. de re vend. l. is qui dolo. & l nec quasi. E contra quòd
cedi debeant. vt ff. de re iudic. l in depositi. † Mihi vide-
tur esse differentia inter eum qui possidet, & eum, qui
dolo desijt possidere, aut desijt culpa interueniente, aut
dolo. Si culpa, debent cedi actiones. l si culpa. ff. de rei
vend. l. si dolo. idem: vt ff de re iudi. l. in depositi. si ha-
beat causam ab actore: sed si non habeas causam ab a-

ctore,

ctore, non debent cedi. vt d. l. is qui dolo. & ibi notatur. Si verò possideat licet per contumaciam non restituat, & propterea iuramentum in litem delatum fuerit actori, æstimatione soluta, actiones debent cedi, vt ff. de rei vend. l. hæc si res. Et ratio est, quia actor sibi imputare debet, cùm posset petere præcisè compelli possessorē restituere. vt ff. de rei vend. l. qui restituere, & non petijt: sed cum dolo possidere desierat, hoc sibi imputari non potest, & ideò facilior est caussa excusandi eum à necessitate cedendi. Nam cùm possidebat. & actor petere poterat præcisè compelli, & non petijt, sed magis æstimationem voluit, sua sponte alienasse videtur, & ideò cedere compellitur: vt ff. de rei vend. l. eius rei. & l. hęc si res, sed cum dolo desierat possidere non sponte sed ex quadā necessitate, & ideò cedere non tenetur, vt d. l. is qui dolo. † 10
Quarto quæritur, an is qui dolo desijt possidere, & æstimationē soluit, habeat actionē in rem sine aliqua cessio ne. tex. enim dicit. ff. rerum amot. l. si propter res. q̄ in rē actio ei dāda est sed non apparet: vtrum ipso iure, an per cessionem, & ideò videtur dicendum. si res erat præsens, id est, si possessor æstimationem soluens habeat possessionem tempore æstimationis solutæ, quòd statim quæritur sibi dominium, & ideò statim habet rei vendicationem in habitu. K vt d. l. eius rei, & si certum petat. K l. certi condict. §. vlt. licet in actu non habeat, nisi desinat possidere: vt notatur de hæred. vend. l. fin. Et hoc apparet: † quia æstimationis solutio pro emptione habetur, tt vt ff. pro empt l. j. & ij. in fin. & l. iiij. Sed si vendo tibi rē meam penes te constitutam, statim transfertur in te dominium, quasi videar tradidisse, vt Instit. de rerum diuis. §. nihil. & ff. de acq. rerum domin. l. qua ratione. §. interdum. ergo si æstimationem recipio à te possessore, statim tibi possessori dominium acquiritur: sed si possessio non erat penes eum, qui æstimationem soluit: quia forte dolo desierat possidere, sicut cauetur in text. regulæ: tunc remanet dominium penes me, qui æstimationem recepi, & consequenter in rem actionem cedere non teneor, si culpa desijt possidere: secus si dolo: vt dictum est

ſuprà in proxim. quæſt. & hoc in rei vendicatione dire-
cta. Quid autem in vtili, infra q. vj. dicetur. †Quintò quæ-
12 ri poteſt: quid ſi res redijt ad actorem, qui æſtimationē
recepit, & is qui æſtimationem ſoluit, velut rem reuoca-
re, & actor paratus ſit reſtituere æſtimationem, an exclu
dat eum, qui æſtimationem ſoluit à petitione rei: & vi-
contradicendo fortè non poterat impedire: & ideò pro
consentiēte nō habetur. vt ff. de l. ij. l. Titia. §. Lucia & ff.
de oig act. l. Caius. & ibi not. in præalle. l. sæpè de re iud.
Præterea contra regulam videtur apertè. ff. eo. tit. l. tunc 8
autem & de arbit. l. ficuti. vbi. †præsens non videtur con
sentire. licet contradicendo poterat impedire. Sed dici
potest, quod aut agitur de præiudicio generādo præsen
ti, aut alteri extrà personam præsentis & tacentis. Primo
casu habet locum regula. Secundo contraria, sicut patet
per simile in persona tutoris, qui licet sit præsens ijs, quę
cum pupillo aguntur, non videtur propterea consenti-
re, nec auctoritatem præbere, nisi expresse loquatur, ff.
de auth. tut. l. j. in fi. & l ij. & iij. Item contraria videtur
regula quæ immediatè subijcitur, is qui tacet, &c. sed sol
ues vt ibi Dyn.

ADDITIO.

Regula. Adde ad istam reg. & seq. gloss. & Doct. ma A
ximè Bal. Abb. & Fely. qui ponit tres regulas cū plurib.
fallentijs in c. nónne. de præsum. Cy. & Doc. in l. nuitus
C. de procu. & Bar. in l. quæ dotis. & ibi Do. Mod. & Bar.
So. in l. ij. §. voluntatē. ff. sol. matr. & Ang. Aret. §. pen.
Institut. quibus modis ius patriæ pote. solut. & de legi

parem.

parem.tut.in prin. & Corset.in suis sing.in verbo licen. tia.et in verbo minor.& Bart.in sua disput. incipi. mulier habens.colu.4.versi circa secundum.& Alex.Imol. inconsil.j.col.pen.in fin.lib.ij.& consi.lxj. volum.4.& in consi.viij.iij.colum.post medium,ver.sed præmissis. lib. v.& Bart.in l.in adoptionibus.ff.de adop.& Abb in c.ex parte decani.in 3.& 4.colum.de rescr.& in d.c.nonne.Innoc.in c.in Genesi.de elect.& Abb.in consi. lxxviij lib.j.et in c.pen.de procur et aliquid in c.cum dilectus.in j.colum.de consuet.et in c.dilecti de arbit.et per Spec.tit.depositi.§.ix.per totum vbi verò vltrà taciturnitatem inreruenit aliquis actus positiuus, tunc tacens sine dubio habetur pro consentiente,vt not.Bartol.in l. quo enim.ff.rem ratam haberi et ex hoc infertur,quod qui scienter recepit literas alicuius in quibus dicebatur, quòd erat debitor mittentis,neque illico reclamauit,videtur consentire.Ad hoc est bon.tex.in l. si filiusfa.& ibi Bart.Ang.& Paul.de Cast.ff.ad Maced.quod not.pro literis cambij,& vide Bart.in l.Titius Seio.ff.de constit. pec.qui dicit illam l,si filiusfam.esse ad illud dictum singu.pro quo vide bonum texr.in clem.j. de procu. & ibi Card.Flor.& Doct.& Abb.in d.c.pen.de procu.& Alex. in addit ad Barto.in d l.quo enim & Cepo.in caut.ix.et in consi.lxij colum.iij. versic.vj.& Ioan. Bapt. in additio.Albert.de Roza. in dictionario, in verbo tacens. et Matth.de Matth.in no.colum.4.ver.no.mirabilem modum extorquendi confessionem,no.tamen quodin onerosis & maximè obligantibus personam, regulariter tacens habetur pro contradicēte,vt hic per Dy.& in reseq.& not.ff.de procur.l.filiusfam §.inuitus.secus in re concupiscibili seu commodum afferente,vt no.in l qui patitur.ff.mànda.et fuit theorica Innoc.in d.c.in Genesi.et quod habetur per Ioan.Andr.in gloss. hic et in ca. sicut de elect.suprà eod lib.et vid And.Bar.in d.c.cum dilectus.de consuet.et Ant Corset.in suis sing.in verbo taciturnitas.et Alex in l.quæ dotis.ff. sol. mat. et plenè per Fely.in c.cum M.in xvj.colum.post.prin.de constit. vbi ponit regulam cum v.fallent.et Ioan,de Plat.in l.j.

C.de

C. de filijs fam. lib. x & Bald. in d. l. filius familius. §. inuitus. & Innoc. in cap. sicut tuis. de simon. & Lud. Bolog. in l. fin. ff. de appel. in secundis interpret. & Ioan. Fab. in §. admonendi. Instit. quibus modis ius pat. pot. sol & ibi Christoph. Porc. Ias. in addit. & sing. Bald. in §. sed & si pater. eod. tit. & in fin. sine voluntate. C. ad senat. Velleia. & in l. j. C. vnde vir. & vx. & Card. Alex. in cap. feriati. xxxij. distin. & plenè per Archid. & eundem Card. in c. si seruus. in secundo. leg. iiij. dist. & Ioan. And. hic in nouel. & Phil. Franc. vbi dicunt Archidic. Ioan. And. & Cardin. Alexand. vnum not. dictum. quod si canonicus fuit electus ad aliquam dignitatem, & episcopus eo præsente dat præbendam suam, & ipse non contradicit, valebit ex nunc talis collatio præbendæ: & dato quod postea cassetur electio dignitatis, nō poterit tamen postea iste ad suam præbendam reuerti, quam per prædicta visus est habere pro derelicta, quod not. & vide Barto. in l. C. de relat. dicens, quòd in iudicio tacens videtur consentire. & tenet Bald. in l. iij. C. quomodo, & quando iudi. vide Cepo. in caut. lxxxvj. & ccxviij. incip. est dubiū. ad materiam regularum vide Lud. Pont. in singu. ccccl. xxxv. incip. inferior à principe. & vltra casus fallentiales quod tacens habetur pro consentiente, scilicet fauore pupilli & reipub. vt dicit Dyn. hic in c. is qui. addit Ro. alium fauore ecclesiæ, in consil. cccxj. post princip. & vide Felyn. in cap. veniens. de simon. & in ca. causam matrimonij. colum. ij. versic. ij. declaratio. de offic. deleg. & Lanfran. de Oria. in tractat. de arbit. super verbo, emologatio.

In Regul. Is quis tacet.

Argumenta.

1 *Tacens, nec fateri, nec negare censetur.*

2 *Dominus quando & quatenus de contractu serui teneatur. Taciturnitas consensum non operatur. vbi de aliquo obligando tractatur.*

4 *Tacens habetur pro consentiente fauore reipublicæ & pupilli.*

5 Tacens

5 *Tacens consentire videtur si de præiudicio vel exceptione agatur.*

6 *Tacere medium quoddam est inter consensum & contradictionem.*

7 *Medium quando trahatur ad extrema.*

REGVLA XLIIII.

IS qui tacet, non fatetur, sed nec vtiq; negare videtur.

Duo dicit. †primò quòd ille qui tacet, non videtur fateri, secundò quod ille, qui tacet, non videtur negare. Ratio autem regulæ est, quod tacere est medium inter illa duo extrema. & expressum consensum, & expressam contradictionẽ. Huius autem exemplum propriè colligitur. ff. de tribut. leg. j. §. scientiam. † nam vbi dominus expresè consentit contractib. serui; tenetur in solidum, vt ibi: vbi verò contradicit, tenetur de peculio, & deducit, quod sibi debetur, ff de pecul. l. si quis seruum. §. etiã. & l. quoties. sed vbi tacet, & non consentit. nec contradicit. & eo sciente contrahitur, tunc eligitur quædam media via: qua tenetur tributaria. & concurrit vnà cum alijs creditorib. vt in præalleg. l. j. §. scientiam. Sed videtur hæc regula directè contraria A præcedenti. Et ideò solent aliqui dicere, maximè. ff. de procurat. l. filiusfami lias §. inuitus. †quia vbi tractatur de aliquo obligando, taciturnitas non operatur consensum, vt d. §. inuitus. † & hoc fallit propter fauorem reipub, in patre, quo præsente & tacente filius creatur decurio vt ff. ad munici. l. ij. & de dec. l. honores. § fin. Item fallit fauore pupilli, in fideiussore tutoris, qui patitur nomen suum scribi vt ff. de fideiussorb. tut. i l. iiij. §. vlt. † Sed vbi agitur de aliquo præiudicio vel exceptione paranda qui tacet cõsentire videtur. vt in regula præcedenti, & C. qui militare non possunt, lib. xij. l. super seruis. de episco. & clericis. then. si seruus. & ff. de pig l. fideiussor. §. pater. tamen cõtra prædictam solutionem est, ff. de fur. l. qui vas. §. vetare. vbi tractatur de exceptione paranda, & tamen qui tacet perinde habetur ac si non cõsentiret, Item obstat per eundem

eundē modum. ff. de lega. ij. l. Titia. §. Lucia. & de pig. act l. Caius modo conuenientius circa secundum artic. vbi tractatur de exceptione paranda, vel præiudicio dicendum est sicut cauetur ista regula iuris, scilicet, quod qui tacet non videtur consentire, nec etiam contradicere. † quia tacere est medium inter consensum & contradictionem. Sed aliquādo illud medium sumit effectum vnius extremorū aliquando alterius: nam si contradicendo poterat impedire, tunc tacitè assimilatur consensui d. l. fideiussor. §. pater. si non poterat, assimilatur cōtradictioni, vt l. Caius. & l. Titia. §. Lucia. & de re iudica. l. sæpè. Et hęc vera sunt vbi propriè non est inuenire effectum dispositionis medij, ita quod distinguatur dispositione cuiuslibet extremorum † Sed vbi est inuenire effectum dispositionis, tunc medium non trahitur ad extrema, id est, tacere non trahitur ad consensum, vel contradictionem: sed quadam via media disponitur, vt patet in d. l. j. §. scientiam. ff. de tribut. & hoc casu propriè intelligunt hanc regulam. & eius exemplum Dyn.

ADDITIO.

Contraria. Dic breuiter, quod propriè tacens non dicitur consentire, nec contradicere ideoq; nō continetur A in statuto de consentiente. vt latè tradit Dec. in l. qui tacet. ff. eo. Hoc tamen fallit in aliquib casib. Primò vltra taciturnitatem interuenit aliquis actus positiuus, vt acceptatio literarū, & subscriptio. l. fideiuss. §. pater. ff. de pig. 2. vbi poterat impedire actū contradicendo. l. sæpè ff. de re iu. 2, cū agitur de modico damno. l. Sabinus. ff. cōmu. diui. 4. in respicientib. cōmodū ipsius l. qui patitur. ff. mād. § ratione cōiunctionis & amicitię. l. si seruus cōmunis. ff de don. inter vir, & vx. nisi talis coniunctio argue: & metum reuerentialē secundum Bar. in l. quæ dotis col. pen sol mat. de cuius dicti veritate. vide Dec. in c. causam. de offi. deleg. 6. fallit in odiū cōtumacis. dolo malo tacentis. gl. in l. quamdiu. ff. de acq. hær. Bal. in l. suus. C. de repu. hær. 7. in diu tacente. Bal. in l. si filius C. de peti. hær. 8. fauore reip. & pupilli. vt hic per Dy. item libertatis. & religionis. l. j C. de remiss. pig. & auth. si seruus, C. de epis, & cler. F. C. In

In Regul. Inſpicimus. Argumenta.

1 *Veriſimilius attendi debet, vbi verba ſunt obſcura.*
2 *Conſuetudo regionis in ſolutione pecuniæ attenditur maximè.*
3 *Scriptura ſi obſcura inueniatur, quis ordo teneatur.*
4 *Veriſimilitudo ex quibus percipi poſſit.*
5 *Significatio propria attenditur, vbi quod veriſimilius eſt non inuenitur.*

REGVLA XLV.

INſpicimus in obſcuris, ꝙ eſt veriſimilius. vel ꝙ plerumq. fieri cõſueuit.

In hac regula continentur certitudo & declaratio
A eius, quod eſt obſcurè prolatum, quod percipitur dupliciter. † Nam primo ex veriſimilitudine. verbigratia:
1 Vendo tibi librum pro x. & ego venditor dico me ſenſiſſe de decẽ libris Turonen. & tu emptor dex. libris Peruſinorũ ſenſiſſe te dicis. Dubitatur de qua pecunia videtur actum. & dicitur, quod primo inſpicere debemus id. ꝙ eſt veriſimilius. nam ſi liber valeat x. libras Turonen. actum videatur veriſimiliter de Turonenſib. Peruſinorũ tunc videatur actum de Peruſinis. † Sed ſi communis
2 æſtimatio libri medium teneat, ita quod non apparet cũ eſſet proximior: tunc ſequitur conſuetudinem regionis vt hic, & ff. eod. l. ſemper in ſtipulationibus. & ad idem, ff. de rebus dub. l. j. & l. vtrum. §. quæſitum. & ad Treb. l. quoties. Item ſi lego tibi x. & non apparet de qua pecunia ſenſerim, inſpiciemus, quod eſt veriſimilius, vt ex vicinitate ſcripturarum præcedentium vel ſequentium, vt ff. de leg. j. l. ſi ſeruus plurium. §. fin. de teſt. l. hæredes palam. § ſed & ſi notam. & de hæred. inſtit. l. qui non militabat. §. Lucio.

Sed contra regulam videtur ſup. eo. c. in obſcuris minimum eſt ſequendum. Dicendum eſt, quod illa ſecundum iſtam intelligimus: quia ſequimur, quod eſt mini-
B mum in obſcuris, id eſt. vbi quod eſt veriſimilius B non

appa-

apparet, vt ibi dicitur. † Ordo secundum intellectũ scri- 3
pturarum obscuritatem continentium hic seruandus
videtur: quia primò sequimur voluntatẽ, C. si de ea po-
test apparere, vt ff. de cond & demonst. l. pater in prin.
& §. conditionum de reb. dubijs. l. in ambigua. et. C. de
liber. præter. l. iij. In secundo sequimur id quod est veri-
simile, vt hic. & ff eo. l. semper in stipulationib. de reb.
dub. l. cum in testamẽto & de l. j. cum res. ij respon. † Ve- 4
risimilitudo autem percipitur aliquando ex compara-
tione rerum ad inuicem vel comparatione rei ad preciũ
vt dictum est superius in exemplo, & ff. de reb. dub. l. j.
& l. vtrum. § quæsitum. Aliquando ex vicinitate scrip-
turarum, vt d. l. si seruus pluriũ in fi. Aliquando ex di-
gnitate personarũ vt ff de aur. & arg le. l. Titia. §. Seia.
& de alim. leg. l. cũ alimenta. Aliquando ex charitate &
necessitate personarũ, vt d. l. si seruus pluriũ. §. fi. Aliquã
do ex consuetudine regionis. D Aliquando ex consue- D
tudine loquentis. vt d. l. si seruus pluriũ. & hic in fine i-
stius regulæ. † Tertio vbi verisimilius non apparet, re- 5
curritur ad propriã significationẽ verborũ, vt ff. de l. iij.
l. non aliter. Quarto si verborũ significatio non est cer-
ta, E sequimur quod est minimũ, vt supra eod. c. in ob- E
scuris de le. j. si ita sit scriptũ. & l. apud Iulianum. §. Scio.
& de l. iij. l. nummis. & l. qui concubinã. §. cum ita. Quin
to si non apparet quid sit minimum iudicatur non va-
lere, vt. ff. de testam. tut. l. duo sunt Titij. & de reb. dub. l.
si fuerit. & l. si quis de pluribus. & de manu. testa. l. cum
ex pluribus. Dyn.

ADDITIO.

Certitudo. De verbis obscuris interpretandis, & qui- A
bus detur facultas illa interpretãdi, vide omninò Dyn.
qui distinctè quascunque materias percurrit in capit.
contra eum. infrà eodem. F C

Verisimilius. Adde quando verisimilitudo operetur B
& attendatur, Barto. & Bald. Alexand. & Docto. Mo-
der. in l. si seruus plurium. §. fin. ff. de leg. j. & Bar-
tol. in l. si fuerit. ff. de rebus dubijs. & Ioan. de Imol.
in l. si ita sit scriptum. ff. de leg. j. Et quando in te-

stibus, vide Felyn. in c. significauerunt, col. v. versi. not. ff. de testibus. in c. auditis. col. v. de præscrip. l. & ibi quid dicatur verisimile, & in c. quia verisimile. & ibi. Fely. de præsūp. & Bal. in consi. 75. incip. literæ lib j. & quomodo probetur verisimile, vide Bal in consi. 276. co. vo. lu. an contra verisimilitudinem admittatur probatio: & dic quòd non, nisi causſa cognita vt not. Card. & Doct. in c. quantum. de præsump. Panor. in c. quia verisimile. eod tit. fac. c. filij, de hær. lib. vj. diffusè tetigit Archi. vij. quæstio j. c. pontifices. & Specu. in titu. de probatio. §. nunc dicendum. in prin. & vtrum maior verisimilitudo tollat minorem, not. Bald. in l. siue possidetis, ad fin. versi. Item not. C. de prob.

2 Voluntatem. Adde quibus modis colligatur quæ fuerit mens disponentium. Dec. in l. semper in stipulationibus. ff. eodem. F. C.

D Regionis. Adde quòd primum inspicitur consuetudo disponentium, deinde regionis. d. l. si seruus plurium. §. fin. F. C.

E Certa. Vide Dyn. & ibi addita. in c. in obscuris suprà eod. & Deci. in l. semper in obscuris. ff. eod. F. C.

In regul. Is qui in ius. Argumenta.

1 *Successor eo iure vtitur. quo prædecessor.*

2 *Hæredi competit ius excipiendi, quod defuncto competijt.*

3 *Successores qui dicantur vniuersales & qui singulares.*

4 *Ius agendi quod defuncto competijt, hæredi competit.*

5 *Ius excipendi ipso iure transit in singularem successorem.*

6 *Exceptio quando obstet singulari successori, quæ obstabat prædecessori.*

7 *Ius agendi merè personale in singularem successorem non transit sine cessione.*

8 *Ius personale in rem scriptum. sine cessione transit in singularem successorem.*

9 *Priuilegium vxoris in actione de dote, non transit ad extra-*

extraneum successorem.

10 *Successor quando eodem iure vtatur, quo defunctus cui succeßit.*

11 *Actio iniuriarum vniuersali etiam successori non permittitur.*

12 *Actiones quæ, & quando transeant ad hæredes.*

13 *Pœna ex contractu debita transit in hæredes.*

14 *Exceptio excommunicationis an poßit opponi successori singulari.*

15 *Excommunicatio prædecessoris quando obijci poßit successori.*

16 *Compensatio obstans venditori, an poßit opponi emptori.*

17 *Emptori potest opponi quicquid venditori potest obijci.*

18 *Exceptiones quæ fideiussoribus competant, & quæ non.*

19 *Compensationis exceptio competens reo, datur etiam eius fideiussori.*

REGVLA XLVI.

IS, qui in ius succedit alterius, eo iure, quo ille, vbi debebit.

†Et de iure agẽdi & ff. iu. excipiẽdi loquitur A regula t vt ff. eo l. inuitus. §. plerunq;. & in successore vniuersali A procedit per omnia propriè, tã actiue q̃ passiuè: actiuè, quia ius agendi quod cõpetebat defuncto, siue erat reale, siue personale, siue mixtum, siue immixtũ, siue in rẽ scriptum B competit hæredi passiuè. quia ius agendi, B quod competebat contra defunctũ, competit contra hæredem, vt Instit. de perpe. & tempor. circa princip. † 2

Item ius excipiendi quod competebat defuncto, competit hæredi: & contra quod competebat contra defunctum cõpetit contra hæredem. & ideò ad regulæ declarationem & eorum, quæ dicta sunt pro regula exponẽda. dicendum est † quod quidã dicuntur successores vniuersales, vt hæredes bonorũ possessores & ex Trebelleia 3

F no ſucceſſores, & iſti appellantur propriè ſucceſſores E
iuris: quia in ius vniuerſum quod defunctus habuit ſuc-
cedunt. ff. de hær. inſtit. l. quoties §. hæredes. & colligi-
tur ff. de verb. ſig. l. nihil. Quidam verò dicuntur ſuc-
ceſſores ſingulares, vt ẽptores ſingularũ rerũ, & donata-
rij, & legatarij: & iſti appellãtur, proprié ſucceſſores inrẽ,
quia non in ius vniuerſum ſed in ius ſingulare ſucce-
dunt. ff. de eden. l. quædam. § his autem. & de iureiur.
l. etiam ſi in rem, & quorum leg. l. j. §. illud tenendum,
4 His præmiſſis dicendum eſt, † quòd ius agendi quod
competebat defuncto, competit vniuerſali ſucceſſori.
D & ecõtra quod competebat cõtra defunctum, cõpetit. D
contra hæredem vniuerſalem ſucceſſorem. Item ius ex-
cipiendi quod competebat contra defunctum, contra
5 hæredem competit. † In ſingulari autem ſucceſſore di-
cendum eſt: quòd ius excipiendi tranſit ipſo iure in ſin-
gularem ſucceſſorem, E vt ff. de contrahen. emp. l. dolia
§. eum. & de iureiur. l. etiam, ſi in rem. & de hæreditate
vend. l. emptori. & de except. rei iud. l. ſi à te. §. Iul. & l.
ſi mater. §. item Iul. & de reg. iuris l. inuitus. §. plerun-
que. Item contra ſingularem ſucceſſorem ſimiliter ipſo
iure, vt ff. commu. diuid. l. in hoc iudicium. §. ſi inter
ſocios. & pro ſocio, l. idemque in fin. & de pig. l. ſi
ſuperatus in fin. & de excep. rei iud. l. exceptio. Et hoc
eſt intelligendum de iure excipiendi cohærente rei. †
C In iure autem excipiendi cohærente perſonæ diſtingui-
tur: quia ſi ſucceſſor ſingularis habeat titu. lucratiuum
vel quaſi, obſtat ſibi excep. quæ obſtabat actori: ſed ſi nõ
habet titu. lucratiuum, tunc non obſtet, niſi vteretur
acceſſione ex perſona actoris, vt ff. de excep. l. ſi rẽ legatã
& de doli excep. l. apud Cel. § de autoris. & §. ſi cum le-
gitima. & §. ſi quis autẽ & §. auctoris. † Ius autẽ agẽdi me
rè perſonale non tranſit ad ſingularẽ ſucceſſorem ſine
ceſſione. vt ff. de pec. l. quis ergo in fin. & vſufruct. quem
admodum caucat. l. omnes §. ſi hæres. & de contrahen.
emptione. l. quod ſæpe. §. ſi res. et de edil. edict. l. ſcien-
dum. §. deinde. & de peculia. l. ſi Sticho. & de ver. ſig. l.

ſciendum.

sciendum §. vlt. Item nec contra successorem singularē, vt ff. de eden. l. quædam. §. is autem. & ad Trebel l. j. §. si hæres C. de act. et oblig l. j. † Ius verò personale in rem 8
scriptum transit in singularem successorem sine cessione, vt ff. de aqua plu. ar. l si tertius §. si quis prius. & de itinere actuque priu. l adparet. §. j. & l. seq. Item contra singularem, vt ff. de aqua plu. arc. l. emptor. & l. post venditionem. & d. l. apparet, §. j. & quorum leg. l. j. §. il. lud. Sed oppo. F. quòd successor non vtatur eodem F
iure quo vtitur ille in cuius locum succedit. † vt patet 9
in muliere, quæ priuilegiata est in personali de dote, & tamen hæres eius extraneus non vtitur eodem priuileg. vt C de priui. dota. l. vnica, G & qui pot. in pign. G
hab l. fin. §. exceptis. Item patet in extraneo hærede mariti. vt sol. matr. l. maritum. & l. seq. & de re iud. l. sciendum. † Sed dic quod aut id erat cohærens perso- 10
næ & in fauorem personæ inductum: aut erat cohærens rei vel caussæ. Nam primo casu regula non procedit: Secundo & tertio habet locum simpliciter, vt ff. eo. l. priuilegia. & l. in omnibus. & distinctum est plene suprà eodem. priuilegium. † Item opponitur de a- 11
ctione iniuriarum, quæ successori etiam vniuersali non datur. H vt ff. de iniur. l. iniuriarum. † Sed dic quod aut H
actiones sunt proditæ ad vindictam, aut ad persecutio- 12
nem rei vel pœnæ. I Primo casu non transeunt ad hæ- I
redes lite non contestata, vt in d. l. iniuriarum. & ad l. Fal. l. pœnales et de col. bon. l. cum emancipati. §. eman cipatus. Secundo transeunt hæredes, si continent rei persecutionem. Item contra hæredes. vt ff. de act & obligat. l. in honorarijs, sed si continent persecutionē pœnæ, idem per omnia quantum ad hæredes actoris, quia transeunt ad eos. vt de perp. & temp. actio. §. sed hæredib. in hær. autē rei distinguitur † Nam si pœna debetur 13
ex contractu. transit et contra hære. vt ff. de naut fœn. l. fina. & de verbor. obligatione. l. ad diem, & not. ff. de priuat delict l j in princip. si autem debetur ex delicto, tunc non transit contra hæredem, nisi lite contestata cum delinquente, vt ff. de accusatione. l.

ex iudiciorum §. fin. & de regul. iur. l. sicuti. & l. pœna-
14 lia & C ex delict. defunct. l. j. † Quæri autem posset an exceptio excommunicationis quæ obstat auctori, possit exponi singulari successori vt donotario vel emptori, & videtur quod sic per verba generalia huius regulæ.
15 & ff. eod l. qui in ius. & l. in omnibus. iiij. §. non debeo. & l. inuitus. §. plerunque. Econtra quod non, in l. apud Celsum. § de auctoris. & §. si cum legitima Mihi autem videtur q̃ cum exceptio excõmunicationis personæ cohæreat, & non rei, quod aut successor singularis habet tit. lucratiuũ nec quasi. & tunc obstat: aut habet tit.
K non lucratiuum quasi, & tunc non obstat. K vt d. l. a-
16 pud Celsum §. si quis aũt ex caussa legati. & in §. de auctoris. & §. si cũ legitima. † Item quæri potest, an exceptio compensationis quæ obstat venditori possit opponi emotori. quæstionem hanc mouent Glossatores *iur. ciui. ff. de procur. l. si quis in rem suam.* sed non *determinant*, & ideò prima facie videtur dicendum quod non possit opponi, cum habeat titu. non lucratiuum vt d. §. de auctoris. & §. si cũ legitima. Econtra videtur, q̃ possit opponi. vt ff. de excep. rei iud. l. exceptio, & communi.
17 diuid l. in hoc iudiciũ. §. si inter socios & pro socio. l. idemque. §. fi. † Mihi autem videtur q̃ possit opponi: q̃ omnis exceptio cohærens rei quæ poterat opponi ven-
L ditori, potest opponi & emptori. L vt d. l. exceptio. ff. de
18 excep. rei iud. & dicta l. in hoc iudicium. & l. idemque, quod autem exceptio compensationis personæ cohærentes, non competunt fideiussoribus ex persona rei,
M sed cohærentes rei competunt M vt ff. de excep. l. excep-
19 tiones quæ persona, in prin. & §. rei autem. † Sed exceptio compensationis ex persona rei datur fideiussori. vt ff. de compensatio l. si quid. Ergo sequitur quod rei cohæreat, & propterea possit emptori opponi. Dynus.

ADDITIO.

A Loquitur. Ad declarationem huius regu. vide Deci in l. qui ius. & l. quod ipsis. ff. eod. F. C.

B Scriptum. Quæ sunt iura mixta, quæ personalia in rem

rem scripta, & ita vocentur, & quomodo inter se differant tradit latè Ias. in §. j. col. ij & in §. quædam super glo. j. Instit. de actio, F. C.

Successores. Adde quis dicatur propriè successor. Bal. G in consil. 408. col. secunda versic. si ex secundo. lib. iij. & ibi etiam dicit, quod successio vniuersum ius significat. facit. l. nihil. ff. de verb. signifi. & gloss Ioan. Fab. & Ang. Aret. Instit. de autor. tut. in princip.

Competit Adde text. Cy. & Bald. & sequaces. in l. vni D ca. C. vt act. ab hære. & contra hære. inci & pulchrũ consil. Bald ad hanc regul. 87. inci. in quodam contractu. vol. iij. & Io. de Plat. in l quisquis. in iij. not. C. de cohort. lib. x.

Successorem. Adde quod idem tenet Bart. in sua disp E incip. ciuitatis Pisanæ. col. iiij. versi. v. Sed an successor singularis teneatur stare colono, vide Bartol. Bal. Alexan. & Fran. de Aret. in l. si filio §. si vir. ff. sol. matrim. & Bal. in l. diuortio. in princip. eod. tit. & ibi Lud. Bolog. in primis interpr. & in l. prouidendum. C. de decur. lib. x. & Barto. Soci. in rubr. ff. sol. matrim. col. ix. vers. præterea. & Alexan. consi. 118. & consi. 122. volum. v. & Abb. in sua disput. incip. Sempro. clericus. ver. ad quintum arg. & Christoph. Porc. & Ias. in addit. ad eum. & ibi Ang. Aret. in § fin. de loca & cond. inst & decis Capel. Tholos. 420. & decis. Parlam. Grat. Delp q. 480 & Fran. de Ramp, in suo cons. quod ponit inter consil. Ioan. Cald. vt de loca. cons. j. & in cons. vij. co. tit. & Ang. in cons. 245. col. v. ver. v. & l. arbores §. pensiones. ff de vsuf. Cyn. Bar. Bal. & seq. in emptorẽ, C de loca. & Abb. in capi. fin. ne prælatus vices suas & Rom. in cons. 22. col. ij. Bal. in cons. 225. & in cons. 313. lib. iij. & Ang. cons. 244 & Ant. Cor. in suis sing. in verbo pactum. And. Barb. in rep. Ioannina in c. Raynaldus charta. xj. col. iij in prin. & Old. 75. col. ij. post med. de test sed an pactũ vel contractũ prædecessoris seruare teneatur. vide Ro. in cons. 116. & tex. & ibi Abb. & Doct. mo. in c. veniẽs. de transa. & inc. episcopi de reb. eccl. nõ ali. & in c. ij. de rerũ perm. & Bal. in d. cõs. 415. in cõs. 241

lib.iij. & Cyn. & seq in l.d igna vox. C.de le.vbi ponunt quid in principe.& vide pulchrè Ant.Corse. in suo ele. ganti tract.de potestate regia in q.xcviij.& decis.Capel. Tholo.lxx. vbi ponit de successore in beneficio, an teneatur soluere debita prædecessoris. Adde inquantum quærit. an successor vniuersalis, habeat stare colono, quia de singulari non est dubium, quod non. vt not. in l.emptorem.C.loca,nisi habeat vtile dominium vel aliud ius. quia conduxit ad longum tempus quia tunc non potest expelli à successore singulari. Ita singu. no. Ale.in l.si filio.§.fi.solut.matr. vel nisi habeat hypothe cam in re conducta, quia eam retinet, donec restituatur sibi pensio soluta, & soluatur interesse. vt per Bar & A. lex in alle.l.si filiofam.idē Bar in l j.§.quod aūt ff.de superf.& in l.emptorem.C.loca.& in l.fundum. ff eo.& Bal.in l.j C.de fruct.& litium exp vniuersalis verò succes sor tenetur stare illi.& vt not.Bart & Alex. & *Doct.* in alleg.l.si filiof. §. fi.nisi partiario. vt per eos ibi. vbi etiā Pau de Cast.& Lud contra Bal.in l.certi C.locati, & in l j.C.de fruct.& lit.expen.& q d in vsuario succes sore:& dic q tenetur stare,vt per Ale.& Bar.in alle.l. si filiof.& in l.si habitatio.ff de vsufr. Secus aūt est in vsu fructuario, nisi sit expresè dictum vel pensiones reser. uare dōmino.l arbores.in prin ff de vsufr & Bal in l j. ad fi.versi.pone maritus,C de fruct.& litium expens.

F Sed opp. Vtrū obligatio personalis vel hypothecaria. transeat in quēcunq; possessorem. vide infra. cod.in c. nemo potest in apostil.inci. Adde quādo obligatio.F C.

G L vnica. Adde an priuilegium personale vt mulier præferatur in personalib.vt d l.vnica C.de priui dot.et l.dabimus.& ibi Doct. priuilegium reale habētib.ff. de priu.cre.& quod præferat hypothecarijs tacitā.vt l.assi duis.C.qui pot.in pig.& §.fuerat de act.Inst.transeat ad hære.dic quod non vt tenet Bar.in d.l.j vers.quæro igi tur de quo ib per Cy.Bal & Saly & Ang.Aret. Io Fa. et Ias.in d.§.fuerat.et quæ not.Dy.in regula,qui prior. et in addi.vlt.et not. quando priuilegiatus succedens non priuilegiato vtatur priuilegio suo in materia in

qua

qua succedit, vide sing. remissiones per Fely. in c. de quarta. de præscrip. colum. xiij. post med. versi. ponit. Abb. Petr. de Ferra in Forma libel. de restit. in integrum, in glo. super verbo eundemque. colum. pen Bar. in l. fiscus. ff. de iure fisci. & Abb. in consi. 9. lib. j & decis. Capel. Tholo. q. 217.

Adde in quantum hic loquatur de priuilegiato succedente non priuilegiato. Bald. omninò in authen. quas actiones. numer. 10. versicul. quæstio stat in hoc. & quod ibi posui in apost. ad ipsum in ver. vtitur suo priuilegio. C. de sacrosanct. eccles. vbi etiam Cyn. & Fulg. & plenè per Gemin. post text. & gloss. in cap. sup. de iure pat. isto lib.

Non datur. Adde quando actio iniuriarum transeat ad successorem gloss. Cyn. Bald & Saly. in l. fin. C. de hær. vel act. ven. & Barto & ibi Alex. in addit. l. iniuriar. ff. de iniu. vbi quærit, Alex. an pro iniuria illata Abbati agat successor: pro hoc adde Bald. in l. fin. §. j. C. de bon. quæ lib. colum. j. & per Abb. & Doct. in cap. quod sicut. §. super eo. de elect. & vide ad supradictam gloss per Bar. in l. cum emancipati §. emancipatus. ff. de col. bon. text. gloss Bald. & Alex. in l. si eum qui §. qui iniuriarum. ff. si quis caut. & Bart. in l. j. §. hæred. ff. de priuatis delict. & Bal. in l. j. colum. x. C. si ex delict defun. & quando actio descendens ex delicto transeat ad hæredem. vide ibi glo. & omnes scriben. & Ioan. Fab. & Ang Aret in singulariter in §. pen. Inst. de perpet. & temp. act & Bar. & Imol. in l ex iudiciorũ. §. j ff. de accusat. vnũ tamen nota in materia in iuriarum, ad quod in practica non aduertitur, quod si ille cui est illata iniuria malefactorẽ accusat, vel iudicem instigat, vel sollicitat quod si malefactor puniatur ad vindictam publicam, non potest postea iniuriatus actione agere iniuriarum pro suo interesse, text. est celebris, & ibi Alex in addit. ad Bar. l sed si vnius. ff. si cum ante iudic ff. de iniur. & Cepol. singulariter in caut. 33. & facit tex & Alex. in addit. in l. Interdum. §. qui furem. ff. de furtis. & dixi in §. xvij gl. j. in vlt. q. de iurisdi. omn. iud. lib. Consuet. Bit. H

Adde quod verum est, quod actio iniuriarum non transit ad hæred. aut contra eos etiam post citationem vt not. Alex. & Doct in l. si eum §. qui iniuriarum. ff. si quis cant. secus autem post litem contest. vt not, Bart. in l. eum emancipati. §. emancipatus. ff de colla bon. & in d. §. qui iniuriarum.

I Pœnæ. Adde ad cognoscēdum quæ actio prodita sit ad vindictam, & quæ ad rei pœnæue persecutionē. Ias. in §. pœnales in gloss. magna, in prima parte vers. confirmo. Instit. de actio. F C.

K Non obstat. Adde an exceptio excommunicationis obstans cedenti, obstet cessionario. gl. in c. 4. de iure pat. & ibi Ioan. And. Card. in c. de inceps. xvj. quæst. vij. tenet quod non. Arch. idem in c pia. de excep. isto lib. Spe. in tit. de procur. §. sequitur. in vers. quid si excommunicatus, & Io. de Imol. in l. si cum dotem. §. si patri. ff. solut. matr. Bart. autem in l apud Celsum. §. si cum legit. ff. de doli excep. & in l. doli mali. q. pen ff. de nouat. distinguit vt ex caussa onerosa. quæ supra sunt dicta procedant ex

L caussa verò lucratiua secus.

Emptori. Adde quod emptori cessionario potest opponi exceptio cōpensationis. vel alia. sicut poterat venditori & cedenti vt tenet Cy. Bal. Ang. & Sal. in l. eius. C. de compensat. & Bar Bal. & Ang. in l. si quis in rē. ff. d procur. & Spe. tit. de procu. § j. & Bar. & Mod. in l doli ff. de noua. & Alex. in cons. 54. col. vlt vol. 2. & Bald. & Sal in l qui stipendia. C. de procu. & Bar. in lj. qui duos, in prin. ff. de leg. 2. & Pau. de Cast. in cons. 47. col. 2. & consi. 450. & 460. & decis. Capel. Thol. q. 93. in fi. & de

M cis. Parlam. Delph. q. 537 & Fran. Aret. in consi. 16. in fi. Competunt. Adde gl. & ibi Bar. singulariter. & Ale. in addit l, vbicunq; ff. de fideiusso. & Bald. pulchrè in l. tam mandatori. B. de non nu. pecu. & Ioan. Fab. & An. Are in §. fin. instit. de except. & Rom. in suis sing. fol. 9. colum. j & Alex in con. 66. vol. 4. & Paul. de Cast. con. 87. volum. j. in antiq. & quæ not, Bal. in l, j. colum j. ver. quęrosi succurritur mulieri. C. ad Velleia. & Alexan. an cons. 54, in fin. lib. 6.

In

In Regul. Præsumitur.

Argumenta.

1 *Tutor præsumitur ignorare se tutorem datum esse.*
2 *Testator præsumitur ignorasse rem legatam esse alienam vel obligatam.*
3 *Dominus præsumitur ignorasse seruum militiam suscepisse.*
4 *Ignorantia in iure nec præsumitur nec toleratur.*
5 *Scientia an potius præsumatur, quàm ignorantia.*
6 *Scientia rei alienæ præcedens in defuncto præsumitur continuata in hæred.*
7 *Ignorantia iuris quando præsumatur. & quando facti.*

REGVLA XLVII.

PRæsumitur ignorantia, vbi scientia non probatur.

Licet hæc regula A generaliter loquatur, restringenda est tamen ad ignorantiam facti, vt patet per exempla †Primum enim exemplum poni potest in tutore qui 1 præsumitur ignorasse se tutorē datum, vt l. hoc autem. ff. de adminis. tut. †Secundū patet: quia præsumitur de 2 functum ignorasse rē, quam legauit esse alienam vel obligatam. vt ff. de proba. l. verius. †Item in domino cuius 3 seruus militiam suscepit, quia præsumitur ignorasse, vt C. qui mili. non poss. l. super seruis, quæ exempla omnia pertinent ad ignorantiā facti. †In iure autē non præsu 4 mitur ignorantia, B nec etiam toleratur, vt C. de iuris & B facti ign. l. constitutiones, & de leg. l. leges sacratissimæ, & ff. ad legē Cor. de fal. l. diuus. circa prin. & suptà c. ignorātia. †Sed opponitur & videtur q̄ præsumitur scien 5 tia etiā in facto: q. a si defunctus sciuit rē alienā, & hæres præsumitur scire rē, alienā, C vt ff. de diuersis, & rēp. præ scrip. l. cū hæres & de pub. si ego. §. partus. †sed ibi præ C cessit scientia rei alienæ in persona defuncti, quæ cōtinua 6 ta videtur in persona hæredis, cū persona defuncti repre sentet, vt in authē. de iurejur. à mori præst. Sed cōtra hoc

est

est aperte suprà eod. cùm quis. et ff. eo. l. qui in alterius. Sed dicas, quòd aut hæres contendit. per allegationem ignorantiæ lucrum captare aut damnum vitare. Primo casu præsumitur scientia defuncti continuata in perso. nam hæredis vt d. l. cùm hæres & d. §. partus. Secundo non præsumitur, vt sup. eod. c. cum quis. & ff. eo. l. qui in
7 alterius. † Vltimo distingui posset, aut allegatur D igno
D rantia facti. aut iuris, si facti, aut proprij, aut alieni, si
E proprij &, aut proximi, aut dubium remoti. si alieni aut dudum exranei, aut defuncti. in cuius locum succedit. Et si defuncti: aut certat de damno vitãdo, aut de lucro captando. aut potuit peritiores consulere, aut non: vt plene distinxi suprà eo. c. ignorantia.

ADDITIO.

A Regula. Adde, quando quis præsumatur sciens vel ignorans. Spe. in tit. de compet. iudi. ad tit. § j. ver. sed nunquid. & Bald. in l. verius et ibi Flor. de sancto Petro. ff de prob. et Philip. Fran. et Alb. de Roza. hic et Alex. in consi. xxxj. Et ignorantia an et quando possit quem excusare, vide Bald. in consi. 244. in fin. vol. ij. et quando est ignorantia credenda alleganti. Bal. in con. cl. incip. modo testat. co, vol. et Abb. in c. innotuit. colum. iij. de elect. et Archid. in cap. proposuisti, distinct. lxxxij. Et an excusesà delicto, vide Aret. in §. pœnales, vers. in ead. gloss. Insti. de act. De non excusat, aliquem facientem actum clàm, vt not. Ro in singul. dccxvij. incip. regul. est colum. 3. fol. 20. et vide Dyn. et quæ ibi dixi in regu. ignorantia.

Adde quod voluit allegare Rom. sing. suo. 717. inci. piente, regula est. quod quacunque persona, vide quod notaui in apostil. ad istum in alleg. regul. ignorantia. suprà adde Felyn. in c. quoniam col. pen. in prin. ver, quia ta conclusio de consti. et Bald. in l. j. C. de interd. matri. pro quibus est tex. in c. cum inhibitio. de clan. despon. et vide eundem Felyn. in cap. consuluit colum. 7. versi. gloss. in ver. lucem, vt alleg gloss. in alleg. l. j de interd. matrim.

Ignoran-

Ignorantia. Vide eundem in cap. qui contra ver. sed B
opp. infra eo. & not quod nec statutum aut constitutio
noua censentur ignorata: in tantum vt ne iuramento
quidem tollatur talis præsumptio, vt inquit. Ias. in § sed
istæ. colum. 20. versi. pro hac etiam limitatione Insti. de
act dummodo præterierint duo menses à die promulga
tionis, auth. vt fac. no constit.

Alienam. Adde quando hæres se tueri possit prætex C
tu ignorantiæ. Dyn. & ibi annotata, suprà eod. in cap.
cum quis. F. C.

Allegatur. Adde Bart. in l si quis delegauerit. §. fin. ff. D
de nouat. & in l. non fatetur. ff. de confes. & in l. Celsus.
ff. de vsucap. & Aret. & Ias. in §. si quis. colum. 2. Instit.
de actio. vbi expresè tenēt, quod in proprio facto est to
lerabilis ignorātia, si sit factum multum de longinquo
quod intelligē verum secundum Ias vbi suprà, quando
tractatur de damno vitando: quia tunc ex longinquita
ta temporis benè præsumitur ignorantia in facto pro-
prio, secus quando tractatur de lucro, istud est singulare,
quod voluit Bart. in l. qui fundum. §. seruus. per illum
text. ff. pro empt. & limita, alio modo per Iaso. ibi, adde
Abb. in cap. excommunicato. colum. vj de rescript. & A-
lexand. in consil. cxxxiiij. colum. pen. versi. quòd hæc o-
pin. Salyc. lib. j. & Roman. in consi. 481. & in consi. 273. &
Alexand. in consil. lxix. colum. iiij. 4. circa fin. & in con-
sil. clxviij. in princip. lib. v. & Dyn. & quæ ibi dixi in re-
gul. ignorantia. supr. cod. & Cepol. consil. xxvj colum.
vj.

Proprij. Adde an & quando præsumatur ignorantia E
proprij patrimonij, tex. & ibi Doct. in §. in fraudem Inst
quibus ex causis, man. non lic. & Bar. in auth. sed cum te-
stator. col. ij. C ad leg. Falc. F. C.

In Regul. Locupletari.
Argumenta.

1 *Disiunctiuè alteram partem veram esse sufficit.*
2 *Copulatiua requirit concursum vtriusque copulati.*

3 Lo-

3 *Locuples effici nemo debet cum alterius iniuria aut iactura.*

4 *Presbytero aut clerico defuncto, quæ bona pertinent ad ecclesiam.*

5 *Pupillus recuperans rem sine tutoris auctoritate venditi, reddit pretium quatenus est factum locupletior.*

6 *Ecclesia non debet ditari cum alienа iactura.*

7 *Ecclesia & pupillus æquiparantur.*

8 *Aequitas quando rigori sit præferenda.*

9 *Expensa factæ mala fide in re alienа, domino rei cedunt.*

10 *Exceptionem non numeratæ pecuniæ intra biennium non opponens, obligatur efficaciter.*

11 *Exceptio non numeratæ pecuniæ quo casu biennio non excludatur.*

REGVLA XLVIII.

LOcupletari non debet aliquis cum alterius iniuria vel iactura.

1 † Verba istius regulæ ponuntur disiunctiuè, & ideò sufficit interuenire alterum de disiunctis, vt impediatur locupletatio, quia natura disiunctiuæ ita se habet, quod non requirit vtrunq; sed sufficit alterum, vt ff. de cond. & demonstr. l. cùm pupillus. §. disiunctiuè, A sed ff. eod. l. iure naturæ. verba ponuntur copulatiuè: † & ideò requiritur omnia copulata cõcurrere, seu simul vera esse. ff. de condit. Instit. l. si hæredi plures. & de verb. oblig. l. si quis ita. † Duo ergo dicit regula. Primum est, quod aliquis non debet locupletari cum alterius iniuria. Secundum est, quod aliquis non debet locupletari cum alterius iactura, siue damno, exempla verò huius regulæ plana sunt. si † enim presbyter vel aliquis clericus moritur intestatus bona eiusdem pertinent ad ecclesiam, exceptis rebus, quæ censibus, B vel iuri patronatus vel alij iuri erant ascriptæ, in illis enim non succedit ecclesia: quia locupletaretur cum alterius iniuria, quod esse nõ debet: vt C. de epis. & cleri. l. si quis presbyter. † Item in pupillo, qui vendit rem suam sine tutoris autoritate, & pre-

pretium recipit, nam si recuperat rem, non debet lucrari pretium cum iniuria emptoris: & ideò quatenus locupletior apparet, restituere tenetur, C vt C. de vsucap. pro empt. l. vlt. † & idem dici potest in ecclesia: quæ tenetur ad restitutionem pretij quatenus locupletior D apparet facta, † cum ecclesia E pupillo assimiletur, vt C. de episc. & cleri l. orphanotrophos. Et ad prædictorum confirmationem accedunt. ff. de instito. l. si quis mancipijs. §. Proculus & de cond. indeb. l. naturaliter. in fin. & l. nam hoc natura cum multis similibus F. Sed contra regulam videtur id, quod de vsucap. & præscriptione tractatur iure canonico & ciuili. † Cùm enim hæc æquitas, & ille rigor scripti reperiantur, hæc æquitas debet præferri, & effectus vsucap. & præscriptionis impediri. vt C. de iudic. l. placuit. sed ad hoc plenè responsum G est. sup. eo. c. possessor. Et ideò responsione vlterius non indiget. † Itē solet opponi de expēsis in re aliena mala fide factis. quę cedunt lucro domini cum damno impendentis, vt ff. ad leg. Aquil. leg. si seruus §. si oliuam ij. respon. & de doli except. leg. Paulus. Sed dicendum est, quod ibi non est iniuria impendentis, cum iniuria non fiat volenti, vt sup. eod. ca. scienti. & ff. de iniur. l. j. §. vsq; adeò. Item nec damnum, cùm damnum, quod quis sua culpa sentit, sentire non videtur, vt infra eo. c. damnū. Præterea si damnum esset is, qui impendit videtur esse in culpa, scienter impendendo in rem alienam, vt ff. eod, l. culpa. & sup. eo. c. nō est sine culpa. Et ideò cū impendentis culpa præponderet, sequitur, quod eius conditio deterior esse debeat, vt ff ad leg. Aquil. l ob id. in fin. & l. in lege Aquilia. † Item videtur obstare regulæ, quia qui non opponit exceptionem non numeratæ pecuniæ intra biennū H obligatur cū effectu, vt C. de non nu. pecu. l. in cōtractib. & l. si ex cautione & Instit. de lite oblig. ergo aduersarius eius locupletatur cum iactura & iniuria non opponentis. Sed de iure ciuili respondetur, quod cùm fiat legum auctoritate, non videtur iniuria fieri: sed negari nō potest, quod non fiat cum damno, veritate inspecta. † Et ideò si is qui confessionē recipiat, sciat se non numerasse

C 6 D 7 E F 8 G 9 10 H 11

dicc.

I dicerem quod de æquitate canonica exceptio I non numeratæ pecuniæ non excluderetur biennio, cùm malæ fidei possessor nullo tẽpore præscribat, vt sup. eo. c. possessor. Dyn.

ADDITIO.

A Disiunctiuè. Adde qualiter differant inter secopulatiua & disiunctiua, Bar. in l. j §. sed & si mihi. ff. de verb. oblig F. C.

B Censibus. Adde quis succedat clerico, & in quibus succedat ecclesia, Bal. & Saly. & sequa. in l. si quis presbyter. hic alleg. & Inno. & Abb. in cap. cum in officijs. &c. requisisti. &c. cum esses. de testam. cum sim. Sed quæro incidenter an ecclesia & clerici teneantur pro possessionibus soluere collectas, tributa & alia onera quæ laici soluunt. Bart. singulariter, & ibi pulchrè Alex. in addit. in l. rescripto. §. sciendum. ff. de muner. & hor. & Bar. in cõsil. clxxx. incip. si aliqua. & Bal. in l. j §. fi ff quod cuiusq; vniuer. nomi. & in consi. clxviij. incip præmissio statuto volum j. & Angel. de Perus. in consi. 24. incip ecclesia. & in consil. 206. incip. inter ordinamenta, & Bart. Bald. & Ias. de Mayno. in l. placet & in authent. nulla communitas. & l. de his. C. de epis. & cler. & Ioan. de Plat. in le. si diuina domus. C. de exact tribu lib. x. & Innoc. & Abb. Sicul in c. non minus. de immunit. eccles. & Abb. in cõsil. vj. volum. ij. & amplè in consil. iij. & in consil. vj vol. j. & Alberi. de Roza. in rubr. de sacrosanct. eccles. & dominus Petrus de Antiboli in tract. suo nume. 5. in tertia parte. versi. interdum quis excusatur à muneribus & Decis. Parlamen. Delphin. quæst. 79. & in quæst. 381. & ibi in addit. & in quæst. 482 & sequen. & in additio & Gaspar Cardi. in consi. 12. tit. de consti Host. in summa de immut. eccle. §. quib. & Ioan. Fab. in l. placet. C. de sacrosanct. eccle.

Adde inquantum hic quærit an clericus teneatur soluere collectam. Bald. l. si placet. num. 4. & quod ibi posui in addit. ad ipsum in ver. gabellis. C. de sacrosanct. ecclesi. Bart. consi. suo cxx incip. punctus quæstionis talis est, quidam Titius olim de Perusio. Archid. Gemin. &

Philip.

Philip. Franc. in c. quanquam. de cens. suprà isto lib. Panorm in c. fin. nu. 4. vbi notaui in apostil. ad ipsum in versi. aliquas gabellas. de vita & honestat. cleri. Gaufr. in rep. clem. j. in reg. ij. fallent. xxvij. & ibi dixi in apost. ad ipsum. in versi. secundum veriorẽ opinionem de offi. ordi. & not in liberis. Specu in tit. de cler. coniung. versi. ad huius autem articuli. & Io. de Por. consi. suo incip. omnipotentis Dei nostri postulatio suffragio &c.

Tenetur. Idem tenet gl. & Doct. de autho tuto. in prin. Locupletior autem factus intelligitur, si saluam habet pecuniam, vel aliud ea emptum, vel si emerit res sibi necessarias, tametsi modò non extent, vt inquit, gl. in l. fin. C. de vsucap. pro empt. & instit. quib. modis re contrahi oblig. §. j. in verbo. datione. de quo plenius Deci. in l. ex pœnalib. ff. eod. & quis debeat probare alium esse factum locupletiorem. tradit Bal. in l. j. C si aduer. cre. & in l. prædium. C. de præd. min. F. C. C

Locupletior. idem placet gloss. & Bar. in authen. qui res. & Bal. in l. iubemus. §. sanè C. de sacrosanct. eccles. & in l. prædium. de præd. minor. & Abb. in c. si quis presbyterorum. in fi. de reb. eccles. nõ alienan. & Alex. consi. iiij. col. j. libr. iiij. F. C. D

Ecclesia. Adde Dyn. in c. delictum. circa prin. infr. eo. & glo. in verb. ad ministrauerunt. C. de excusat. tut. & in l. respub. in ver. solet ex quib. caus. maior. F. C.

Similibus. Adde generaliter, non præcedere istã reg. in casibus quibus ob vtilitatem publicam quis iure suo priuatur, vt ait Deci. in l. naturæ. num. 6. ff. eod. F. C. F

Responsum. Adde aliam solutionem. quod si locupletari cũ aliena, actura non licet, lex tamen propter bonum publicũ, ne dominia essent in incerto, præscriptionem induxit contra vtilitatem priuatam, vt not. Cardin. in cap. ius generale prima distinctione. Et vide Paul. de Cast. in consil. cclxxxix. colum. j. in antiq. qui ponit vnũ casum in quo locupletatur quis cum aliena iactura, vt l. si. ff. de neg. gestis, & ibi glo. & Doc. Et not. G

quod ex præcepto. Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris, cadit ista regula. Nemo debet cum aliena iactura locupletari, vt not. Hostien. in summa præludij. §. vnde habuit. Et Cardin. Alexan. in c. humanum. ius. in ij. notab. j. distinct. & Dyn. in regula. possessor in iij. oppositione. §. eodem.

H Biennium. Adde quando opponi possit exceptio nõ numeratæ pecuniæ. Legistas in iurib. hic alleg. & Ang. Aret. de lite oblig. inst. Abb. & Doct. in c. fin. de solut. & Bald. consi. xlviij volum. ij. & Paulum de Castro consi. ccxxxiiij. in ij. volu. nouorum. & Hostiens. d. Anton. Abb & ibi singulariter Felyn. in cap. si cautio. col. xij. de fide instrument vbi ponit duas regulas cum pluribus declarationibus & fallentijs. Et quod quis de æquitate canonica admittatur post biennium ad exceptionem non numeratæ pecuniæ secundum Dyn. hic tenet dominus Anto. & Abb. in d. c. fin. & ibi Imol. & Bald. in d. l. si ex cautione. in ix. quæstio. & ibi amplissimè Saly. in ij. quæst. & Bald. in l. in contractibus in princ. colum x. eodem titu. & Alex. consi. clviij. colum. ij. versic. nec obstat. & Bald. consi. 396. in prin. volum. j. & ista est communis opin. secundum Felyn. in d. c. si cautio. col. xvij. in prima fallentia secundæ regulæ, quanquam Spec. in tit. de restit. in integr. §. qui autem. & de do. Anton. ca. quia plerique de immunitate ecclesiæ. dicant quod laplus biennij inducit totale silentium etiam de iure canonico & communem opinionem tenet Ang. consi. clviij. incip. Iudæi. & Rom. in l. si diuortio ff. de verb. oblig. sed Bald. in l. cũ quis. colum. ix. & ibi Ias. C. de iur. & facti ignor. tenet cõtra Dy. & cõmunem opinionem. Et vide Lud. Bologn. in l. j. C. de condictio. ob turpem causam. in secundis interpre. Quid si iurauit non venire de iure nec de facto? vide plenissimè in decis. Capel. Tholos. cclxxv. Et nota quod ecclesia potest post biennium opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, vt not. Baldus in authen. hoc ius porrectum: & ibi Cyn. Mod. C. de sacrosanct. eccles. & Rom. in repetit. authent. simili. C. ad leg. Falcid. &

cid. & decis. Capel. Tholos. 418. vbi ponit quid de minore. & Ang. in consilio clvj. circa medium, vbi limitat hic Dyn.

Exceptio. Amplius putat Deci in l. iure naturæ, nu. 5 ff eod. idem esse secundum ius ciuile, cum debitor etiam exacto biennio possit probare pecuniam non fuisse numeratam. F. C.

In reg. In pœnis. Argumenta.

1 *Violentia in dubio sine armis facta præsumitur.*

2 *Tutor remotus. in dubio ob culpam, non ob dolum præsumitur.*

3 *Vulnerans animum occidendi habuisse in dubio præsumitur.*

4 *Delictum si nesciatur à quo commissum sit, puniri debent omnes consortes.*

5 *Pœna pro delicto quo casu sit infligenda.*

REG. XLIX.

IN pœnis benignior est interpretatio facienda.

Si constat aliquem commisisse vim, & ignoratur, vtrum cum armis, interpretamur benignius reum fe- 1 A cisse violentiam sine armis. A vt per hoc minus puniatur. ff. de pœnis. l. si præses. & l pen. † Item si constat tutorem suspectum fuisse, & ob suspicionem remotum, si ignoramus vtrum propter dolum vel propter culpam benignius interpretamur, quod propter culpam remotus intelligatur: & propterea non fit infamis. vt ff. de suspect. tut. l. hæ enim caussæ. in princ. Sed obstare videtur regulæ. ff. de iis quæ not. infa. l. ij. 5 exercitum. vbi non interpretamur in partem quæ pœnam restringat sed in illam quæ ampliat. Sed ad hoc respondsum est suprà cod. cap. odia. † Item oppo- 3 nitur, si vulnero aliquem. licet non occidam, præsumitur in dubio, quod habui animum occidendi. si cõtrarium non probatur. C. de iniur. l. si non conuitij,

ergo non interpretamur in benigniorem partem, id est
4 eam quæ inducat cuitationem pœnæ.† Item si certum
est plures fuisse in delinquendi actu, nec apparet quis
B eorum deliquerit, B non interpretamur in partem be-
nigniorem: quia dicimus omnes puniri debere, vt ff. ad
l. Aquil. l. item Mela. §. sed si plures. & not. ff. ad l. Corn.
de sicar. l. si in rixa. & C. ad l. Iul. de vi pub. quoniam
multa facinora, ergo videtur regula falsa. Sed disting-
uendum est. sicut plenè distinctum fuit suprà eod. c. in
5 obscuris.† quia si incertũ est vtrum delictum fuit com-
missum, regula locum habet, quia interpretamur minus
commissum, & propterea minorem pœnam imponen-
dam: vt d. l. si præses. & l. pen. sed vbi certum est delictũ,
& certa qualitas, sed incerta persona, regula locum non
C habet, vt latius est ostensum, suprà eod. c. in obscuris. C

ADDITIO.

A Sine armis. Adde Dyn. & quæ ibi remissiuè dixi in
pen. addit. in reg. in obscuris. Nota tamen ad hanc reg.
quod in enorminibus criminib. iudex debet vti sæueri-
tate, & non benignitate, vt l. diuus ibi seuerè vindices.
ff. de re iudic. & dicit ibi Bal. in l. ea quæ in fi. C. de cond.
indeb. & est text. sing. in l. respiciendum. §. plene. ff. de
pœn. & Alex. in addit. ad Bar. in l. si præses. ff. de pœn. &
idem voluit Inno. in c. j. de constit. vbi dicit esse licitum
iudici in pœnis transgredi leges. & ibi vide amplè Fely.
in viij. fal. & Bart. Bald. & Ang. in l. quid ergo. §. pœna
grauior. ff. de ijs q. not. infam. & in l. si. seuerior. C. ex qui-
bus cau. infam. irrog. & Cepol. in consi. xliij. colu. xiij.
versi. x & vlt.

Adde ad interpretationem huius reg. Dec. in l. factũ
cuique. §. in pœnalibus. ff. eo. vbi ponit. viij. pulcherri-
mas limitationes.

B Deliquerit. Adde quod notaui in addit. suprà in reg.
in obscuris. vbi diffusè tractatur materia præsentis spe-
culationis, scilicet quando ignoratur quis ex pluribus
delictum commiserit, & in quantum dixit do. Coapo-
stil. meus suprà in prin. apostillæ præceden. quòd in cri-
minibus, &c.

Adde

Adde vnum singu. dictum Gerard. de Petra sancta. sing. suo lxxv. in c. magnum est pulchrum & laudabile nomen habere, scilicet, quod si plures essent inquisiti & capti pro aliquo maleficio, & esset dubium à quo esset tortura inchoanda, quod tunc cessantib. alijs indicijs inciperetur ab illo, qui turpe nomen habet, vt no. Cardin. Flor. in c. cum secundum apostolum in ij. not. de præben. lib vij. pro quo facit glo. not. do. & præceptor meus in leg Iaco. de sancto Georg. in prælud. ij s feud. in ver. Carolus pulcherrimum nomen est. C

In obscuris. Adde eundem in capi. odia. num. 9. & 10. suprà eodem. F. C.

In Regul. Actus legitimi. Argumenta.

1 *Actus legitimi qui dicantur.*
2 *Electio sub conditione fieri nequit, sicut nec postulatio.*
3 *Tutoris datio, quæ fit à iudice, conditionem non admittit.*
4 *Emancipatio sub conditione facta nullius est momenti.*
5 *Additio hæreditatis non potest esse conditionalis.*
6 *Tutoris auctoritas non præstatur sub conditione.*
7 *Emptio & venditio conditionem non recipiunt.*
8 *Locatio & conductio an fieri possint sub conditione.*
9 *Institutio hæredis, conditionem & diem incertam admittit. Et quare. nu. seq.*
10 *Diuisionem in partes non recipiens, non recipit etiam diuisionem temporum. & econuerso.*
11 *Conditio in testamentis retrotrahitur.*
12 *Correctio iuris in dubio vitari debet.*
13 *Actus legitimi diem recipiunt & conditionem.*

REGVLA L.

Actus legitimi conditionem non recipiunt, neque diem.

1 Dicũtur actus A legitimi oẽs quacũq; iuris scripti par
A te inuẽti, iuris aũt scripti partes sunt sex, videlicet lex,
plebiscita senatusc̃ōsulta, decreta principũ, respōsa pru-
dẽtũ, & magistratuũ edicta, vt Inst. de iu natu. §. constat,
ff. de. iust. & iur. l. ius aũt. Exemplum aũt regulæ proba-
biliter poni potest in electionib. & postulationib quæ
2 sunt legitimi actus. † & ideò neq; electio, neque postula-
tio potest sub conditione fieri, & si fiat, pro non fa-
3 cta habetur. vt suprà de elect. c. in electionibus. lib. vi. †
Item in datione tutoris à iudice facta, quæ non recipit
conditionem expressam, & si adijciatur, reddit dationẽ
4 inutilem ff. de tutel. l. muto. † quia si dico, emancipo ß
B filium meum sub conditione, si imperator in Italiam
venerit: vel si dominus noster de vrbe recedat; emanci-
5 patio nulla est. † Item in aditione hæreditatis: quia si di
C co. Adeo hæreditatem sub conditione, C si nauis ex A-
sia venerit aditio nulla est, vt ff de acqui. hæred. l. eum
6 qui. §. vlt. † Item in tutoris auctoritate: quia si dicat tut.
præsto auctoritatẽ pupillo, si Titius ascenderit Capito-
lium auctoritatis interpositio nulla est, vt. ff. de auth.
tut. et si conditionalis. & probantur per ordinem ista o-
mnia. ff. eod. l actus legitimi, vbi videtur eadem regula
7 poni. Sed si hæc regula vera est † quod actus legitimi
cõditionẽ nõ recipiunt: ergo emp. & vẽditio quæ est ac-
tus legitimus non recipit conditionẽ q̃ falsum est. vt
8 inst. e contra. emptio ff. de in diẽ adiect. l. 2. † Itẽ loca-
tio & condictio est actus legitimus: ergo non recipit cõ-
ditionẽ. Item societas, mandatum, stipulatio, & cæteri
contractus sunt actus legitimi, ergo non recipiunt con-
ditionem vel diẽ, q̃ tamen falsum est, vt per infinita iu-
9 ra probatur. † Item hæredis institutio est legitimus ac-
tus. ergo non recipit conditionem. quod tamen est fal
sum: licet enim non recipiat diem certam: vt ff. de hær.
inst. l. hæreditas. & Inst. de hære. inst. §. hæres tamen bẽ-
nè recipit conditionẽ & diẽ incertam: vt ff. de hæred.
inst l. si quis instituatur. & l. sub cõditione. & l. qui filio.
10 & C de hære. instit. l extraneum. † Ratio autem quare
D recipiat conditionem & diem, incertum, est aperta. D

quia

quia illud ℞ non recipit diuisionē in partes in se, nec recipit diuisionem in partes temporum, & econtra, vt ff. de testament. miles ita hæredem. §. & quia diximus. & de vsufruct. l. vsusfructus in multis & l. vsufructus ab initio. Sed institut. hæredis non recipit diuisionem. in se, quia nō potest aliquis pro parte testatus decedere. E im mò caussa testati trahit ad se caussam intestati. vt ff. eo. l. ius nostrum. & ideò si testatur pro certa remporis parte, institutio temporis valet etiam pro toto tempore, & limitatio temporis habetur pro non adiecta. vt d. l. hæreditas. & §. hæres † sed si testatur sub conditione. vel in diem incertam, euentus conditionis & diei incertæ, quæ conditioni assimilatur, trahitur ad tempus retrò. vt ff. de test. milit. l. quod dicitur, & ideò non videtur pro parte intestatus: sed existente conditione videtur in totum testatus, & ea deficiente in totum intestatus. Videtur ergo quod istud ca. corrigat in legitimis actibus posse adijci conditionem & diem. Sed dicendum videtur. quia promptum est & expedit iura iuribus concordare, vt suprà de election. c. cum expediat. lib. vj. C. inoffi. don. l. vnica. & quia iurium correctiones in dubio sunt euitandæ, vt d. c. cū expediat, & in auth. quibus mo. natur. effic. sui §. tribus. & † quia non est vniuersale Rom. Pont. qui iura tuetur, huiusmodi brenitate verborum totam obseruationem iuris, aliàs multis vigilijs excogitatam euertere, C. de inoffi. testa. l. si quando & quod hæc generalitas restringenda sit ad casus enumeratos, vt habetur in tex. & gl. ff. eo. l. actus legimi. & verba istius regulæ debent exponi actus legitimi, s quidam, sicut & ibi propriè in verbis text. innuitur, & per gloss. exponitur. & propterea generalis regula remanet in contrarium. scilicet quod † omnes legitimi actus diem recipiunt & conditionem, vt Inst. de verb. oblig. § omnes. C. de iure emphy. l. j. sed fallit in quibusd. & in illis loquitur regula, nisi diceres quod hæc regula corrigit ea iura, quæ dicunt in legitimis actibus posse adijci conditionem vel diem, quod imaginationi mentis meæ non applicatur Dynus.

E

12

12

15

ADDITIO.

A Actus. Adde hic Io. And. & Doct. mod. maximè per Phi. Fran. & gl. & Doc. maximè Dec. in l. actus. ff. eo. ti. & Imo. in l gerit. ad fi. ff. de acq. hær. & Ale. in con. 85. li. j. Et actus est vocabulū generale, & tamē videtur restringi per sequentia. vt not. Bal in cons. 268. in fi. vol. 2. Et vbi actus potest trahi ad duo diuersa, magis intuemur, ꝙ prodest. q̄ quod nocet. Vt not. Io. de Pla. in l. cū allegas de castre. pec. C. li. xij. Et not. quod actus qui nō potest fieri purè, nec sub conditione, potest tamē fieri sub duabus conditionib. vt not. Bar. post gl. ibi in l. diuus. §. fi. ff. de fal. & ibi Alex. in addi. alleg. Iud. de Vrb. ita tenere in l. si. verò. §. de viro. in iij. fal. ff. sol mat & in l. j. ff. de ver. obl. vide Dy. suprà in regula. beneficium. ver. idē

B erit si defectus fuerit institutionis forma.

Emācipo. Adde. Bar. in l. j. §. hoc aūt senatus. & ibi Ra. Pau. de Cast. & Alex. col. ij. in fi. ff. ad Treb. Bald. & ibi Pau. de Cast. in l. seruū. C. q. test. fac. pos. & Are. in § præterea. in vlt. q. Inst. quib mo. ius pat. pot. sol. & Imol. in l tā is. §. j. ff. de do. caus. mor. vbi cōmuniter tenēt, quod filius non potest emancipari ad vnum actū. & Pau. de

C Cast. & Fran. Aret in l. qui in potestate. col. vl ff. de testa.

Sub conditione. Adde Bal. in l. potuit. in q. vij. & ibi Saly. in vij. q. & Mod. C. de iure deli. & Bart. in l. & sicō. ditionalis. & ibi Alexan. in addi. ff. de author. tutor. vide de auctoritate tutoris, & Io. de Imol. in d. l. gerit. ff. de

D acqui. hæredi.

Aperta. Adde Bar. in l hæred. ff. de hær. Inst. q ponit vltra hanc rationē. Dy. aliā. & vide Bal. & Saly. in d. l. extraneum. & Bal. in d. l. hæreditas. vbi tenet contra Bart. ibi per rationem Dyn. hic quod caussa testati, trahit ad se caussam intestati. vnde si quis instituat, Titium hæredem vsque ad Pascha, & quod post Pascha, non sit vlterius hæres. dicit Barto. quod talis institutio non valet, propter repugnantiam, quam in seipsa includit. Sed Bal. tenet contra, vt dixi per rationē Dyn. & idem tenet Pau. de Cast. in consi. 212. in antiq. & sequitur Bal. in §. hæres pure, propter rationem Dy. & ibi Christoph.

Por.

Porc.& Aret.in fin.Inst. de hæred. inst. & tenet Ang.de Perusio iu d.l.extraneum & Imo.in d.l hæreditas.vers. vlterius quæri potest circa prædicta.

Decedere Pro parte testatus decedere, hoc est verum E regulariter, vt not.Bald.in repet.l. habeat.num. 61 & ibi dixi in apost.& ad eum in ver.concludo.C.de sacrosc. eccl.Bar.in l.cum filius.in prin.& ibi dixi in apost ad ipsum in ver.pro parte testatus.ff.de leg.1j. Cor. consi. 35. incip.in casu,in litera F,volumi.prim.& consi.85.incip. plura in litera G,volumin. iiij.& omninò Bartol. Soci. in suo tractat.fal.regu.400.vbi ponit xxij.fallen.ad hoc dictum.

In Regul. Semel Deo.

Argumenta.

1 *Sacrum semel effectum non debet vlterius ad vsus profanos transferri.*

2 *Papa solus sacra profanare potest.*

3 *Impossibile reputatur, quod pendet ab vnius solius potestate.*

REGVLA LI.

SEmel A Deo dicatum, non est ad v- A
sus humanos vlterius transferendũ.

Exemplum istius regulæ patet cuilibet: quia † quod 1
semel factum est sacrum,& consequenter diuino cultui dicatum,non debet vlterius transferri ad vsus B homi- B
num,vnde si ædes sacra in aliquo loco licitè, id est iuris solennitate seruata ædificatur,licet ædificium diruatur locus remanet sacer:nec debet ad vsus hominum cõuerti, vt ff.de rer.diuis.l.in tantum. §. sacræ. & de contrah. empt l.æde sacra,& Insti.de rerum diuis.§ sacræ.Sed videtur obstare.ff.de verb.oblig.l.continuus §.pen.dicendum est,†quò hic considerauit iuris possibilitatem: ibi 2
verò summi Pontificis potestatem, qui potest sacrum ad profanum reducere.†quia quod vnius solius potestati 3
subijcitur.impossibile C de iure reputatur.ff.de legat.j.l. C
apud Iulianum §. fin.

ADDITIO.

A Semel. Quod semel concessum reuocari non possit. & multa similia in quib. quid semel fieri sufficit, vide per Matt de Afflict. in tract. prothomiseos. §. vt infra xxx. dies. col. 4. versi. item quæro quo tempore, nu. 12. G. S.

B Vsus. Adde gl. Bar. Bal. & Sal. in l. si nondũ. C. de fur. & Ioan. Fab. Ang. Aret. in §. sacræ. Inst. de rerum diuis. & hic Io. And. & Phil. Fran. & an Papa possit monachos sine caussa restituere mundo. vide Io. And amplè in præcedenti regula, & Abb. in c. ex publ. de conuer. coniug. & Bar. Soc. in l. Gallus. §. & quid si tantũ ff. de lib. posth. & adde ad hanc regulam Mari. Soc in tract. de oblatione libell. in princ.

Adde Felyn. in cap. si quando colum. iij. versi. præterea dicit Hostien. de rescript. ex caussa verò posset, vt ibi per eum, vbi allegat Doctorum Theologorum opiniones, idem Felyn. & in cap. inquisitionis, in prin. de sent. excommuni. & dixi in apostil. ad Panormita, post eum in cap. ne Dei ecclesiam numero 1. in versi. contra reg de simo.

C Impossibile. Adde quod id quod à principe venit implorandum, reputatur impossibile propter difficillimũ ad eum aditum, & idem tenet Roman. in repet. authen. similiter column. 16. in princip. C. ad l. Falcid. & Bar. tol. in dict. §. fin. hic alleg. & vide gloss. in l. continuus §. cum quis. vbi Bart. & seq ff. de verb. oblig. & Alex. in d. §. fin.

In regul. Non præstat. Argumenta.

1 *Eligentes indignum scienter, an iure religendi sint ipso iure priuati, & nu. seq.*

3 *Eligendi ius an consumatur per electionem inutilem.*

4 *Legatum pupillæ factam si nupserit. non perit ea contrahen te nulliter.*

5 *Legatum factum capaci an adimatur, si fiat secundo incapaci.*

6 *Legatum tacitè adimitur.*

REGV-

REGVLA LII.

NOn præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum.

†Si canonici nominauerunt scienter indignum, & electio effectum non habuit, non tamen priuantur iure eligendi: quia non præstat impedimentum, &c. vt supra de elec. c. perpetuò. & c si compromissarius lib. 6. de concess. præb. c. ne captandæ. sed contra videtur. eod. t. t ca. quãquam. lib. 6. †vbi eligentes scienter indignum priuantur iure eligendi A dicẽdum est, quod illud. c. quanquã A trahitur ad intellectum illius c. perpetuo videlicet, quia si nominares indignum adeò perstiterint. quod ex vocibus eorum communis electio subsequatur, tunc priuantur iure eligendi. vt c. quanquàm. alias non priuantur, vt d. c. perpetuò. Item potest poni exemplum. si testator legauit mihi vnum de seruis quem elegerim. & ego elegi, & electio non habet effectum. ius eligendi non est cõsumptum. & ideò non præstat impedimentum volenti iterum eligere. ff. de opt. leg. l. ij. iij. & iiij. aliàs si electio sortiatur de iure effectum, consumptum esset ius eligẽdi, nec licet vlterius variare: vt supra. eo. ca. quod semel. ff. de leg. ij l. statuliberũ. §. fi. cũ multis simil. †Itẽ poni potest exẽplũ, ponamus, q̃ legatũ relinquitur pupillæ sub conditione, si cõtraheret matrimoniũ. nã si cõtrahit matrimonium, infrã pupillarẽ ætatem non sortitur effectũ & ideò non præstat impedimentum, facta enim legitimæ ætatis poterit contrahere, & conditionẽ contrahẽdo implere. ff. quando dies l. cedit. l. quod pupillæ, & de condi. & demon l hæc conditio. j †tamen contra videtur, quod iure cauetur. quod si testator relinquit legatũ primò capaci, & postea animo adimendi primo, relinquit secundo non capaci, quia licet non sortiatur effectum in persona secundi, tamen præstat impedimentum primò, quia impeditur petere legatum. B ff. de leg. j. legẽ planẽ. in princip. & de adim. leg. l. legatum, §. patet. & lege, & si transferam. Sed dicendum est, quod legatum etiam tacita voluntate, C admittitur- ff. de adim.

2 A

3

5

B

6 C

adim.leg.l.iij.§.fin.& l.ex parte.& de ijs, quib.vt indig. l.si inimicitiæ, cum ergo appareat per translationem factam in secundum testatorem voluisse tacitè primò ademere, illa tacita prima ademptio sortitur de iure effectum, vt dictum est: & ideò præstat impedimentum Dyn.

ADDITIO.

A Eligendi. Adde an per electionem indigni eligentes potestate priuentur eligendi. Barto.Bald.Mod.in l.cum quidam.ff.de leg.ij,& Abb.in cap.bonæ.in j.&c.cum in cunctis.de elect.& alia hic not.per Dyn.vide Alexan.in consil.lxxxj.colum.ij.volum v. & Ioan. Andr.& Phil. Fran.hic,& Bart.in l.non putauit.§.non quæuis. ff. de contra tabul.vbi dicit.quod statutum, de mandando executioni instrumẽtum, intelligitur de ritè facto,& Bal. in l.non dubium in ij.colum.C.de legibus dicit, quod statutum de gabella imponenda super contractu intelligitur de validò, & Pau. de Cast. in l.sancimus.in fin.C. de test.dicit quod clausula cassans & irritans omne aliud testamentum, habet tacitam conditionem, videlicet si aliud in quo est clausula, validum.& vide pulchrè Pelyn.in c.ex tenore.versic,reg.non præstat.colum.iij.de rescrip.qui hanc regulam ornatissimè glossauit, melius, quàm quis maximè.Et quod notat Fely.in cap.pastoralis.colum.9.versi.vltra.Abb.de excep.& Barto.in dispu, incip.lapsus colum.3.vers.v.Adde an & quando eligenter scienter indignum priuentur potestate eligendi. ℣ notaui in apostil.ad Gemin.& Philip.Fran.in c.quanquam vtrobiq; in prin.de elect.isto lib.& Card.Mandago.in tit.de elect.c.9.Felyn.in cap.cum olim.colu.j.de maio.& obed.Et casu quo priuatur potestate eligendi propter electionem indigni scienter factam, ad quos deuoluitur ius eligendi, vide eundem Mandag.vbi suprà. Ad medium autem huius apostillæ, quando dicit, quod statutum loquens, de mandando executione instrumentum, intelligitur de rite facto, Adde quod illud non attenditur in statuto pœnali, notarius enim scribens testamentum nullum, & falsum, punitur de falso, licet exa-

lia

lia causſa ſit nullum, vt notat Bar.in l.quid ergo.§.cum autem.ff.de infamia & in l.ſi quis legatum. & ibi Alex. ff.de fal. Bal.& Saly.in l.j C.de ſepul.viol.& Iac.Rebuf. in l.fin.num.xj.& ibi dixi in apoſtil.in ver.notarius.C. de locat.præd.ciuil.vel Fiſca.ti.xj.Secus autem ſi ſit nullum vel imperfectũ ſeu de actu imperfecto, ita not. Bald. in l.iubemus.C.de teſtam.vbi plenè.Adde Aret.inſtit. quibus mod.teſt.infir.§.poſteriore.col.ij.in glo.exiſtere. & ibi Ioan. Fab.

Legatum Adde eundem ſnp.eod.cap.vtile. num 5. & in fin. F. C. B

Voluntate. Adde, quod idem eſt in marito, vt eſt tex. & ibi Bart.in l.marito §.illud.ff.de adul. & ibi etiam in patre, & Bar.& ibi Alex.in addit.in l.nec in ca.ff de adul.Ang.& Alex.in l.in ſuis.in prin.ff. de lib. & poſthu. Cy.in l.j.in fin.C.quæ ſit long.conſuet.& Felyn.in ca ſi verò de ſent.excom.& Bald in l.ſi quis non dicam rapere.C.de epiſc.& cler vbi ponunt plures q ad hanc regulam. Nota quod grauiùs eſt in mente viri adulterium vxoris, quàm homicidiũ filij, text.in l.codicillis.§ pen.ff. de legatis.2. Bald.in c.ex parte.de conſuetudine,& conſ. 161.vol 3. C

In Regul. Cui licet.

Argumenta.

1 *Pater adulterum filiæ & occidere, & contumelia afficere poteſt impunè.*

2 *Iudex poteſt deferre iuramentum in litem actori, & illud taxare.*

3 *Filius familias, patre conſentiente, cauſſa mortis donare poteſt, teſtari autem non poteſt.*

4 *Præſes prouinciæ ad mortem damnare poteſt, deportare verò non poteſt.*

5 *Curialis etiam ſi prædia donare poſſit, vendere tamen ea nequit.*

6 *Donare difficilius conceditur, quàm vendere.*

7 *Procurator prorſus reuocari poteſt, partim non poteſt.*

REGV

REGVLA LIII.

CVi licet quod est plus, licet vtique quod est minus.

1 Licet patri occidere adulterũ cũ filia compræhẽsum. & ideò licebit quod est minus id est adulterum cum filia compræhensum contumelijs afficere, vt hic & ff. de
2 adult. l. nec in ea §. ius occidendi. † Item potest facere iudex, quod est plus id est iuramentum in litem deferre actori & ideò debet posse, quod est minus id est, taxationẽ iuramento adijcere, vt ff. de in litem iur. l. videamus,
3 §. pen. † Item est maius condere testamentum quã mortis caussa donare, quod patet, quia filiusfamilias potest mortis caussa donare patre consentiente, vt ff. de donat, cau. mort. l. tam is §. j tamẽ testari non potest etiam pa-
A tre consentiente. A vt d l. tam is §. j. ff. de testa. l. qui in potestate. Si ergo licet filio militi condere testamentum de castrensi peculio, multo fortius licere debet mortis
B causa donare, vt ff. de donat. l. filiusfam. § vlt. B Sed con
4 tra regulã solet opponi de pluribus. Primo de præsi. de qui habet ius gladij quod est maius, vt ff. de offi præsid.
C l. si illicitas. § qui vniuersitas. C & tamen non deportat quod est minus. vt ff. de leg. ij. l. j. § ijs quibus. & de iniusto testamen. leg. si quis filio exhæredato. §. eius fidei illud quando non habet insulas suæ iurisdictioni subiectas, aliàs secus videtur, vt ff. de interd. & releg. l. relegatorũ. circa principium. & not. in l. inter pœnas eo tit. & ideo
D hæc oppositio D non facit ad rem licet quidã aliter di-
5 cant. Item oppo. C. de prædijs decu. sine decr. l. ij. † vbi curialis potest donare prædia, sed non vendere eùm maius sit & difficilius permissum donare quàm vendere. C. de contract. iud. l. j. sed illud ideo contingit, quia verisimile est quod facilius venderet ad hoc, vt præterũ ex venditione deductum deportaret. & ideò facilius inhibetur venditio quàm donatio: quia in donatione cessat ratio prohibitionis quæ ad venditionem propriè pertineret.
7 Item opp. de le. in causæ. ff. de procu. † vbi licet reuocare procuratorẽ in totũ, & non in parte, Itẽ opp. ff. de adm.

tut.

cut.l.cum quæritur.& de vsur.l.Caius, vbi licet nomina contracta in totum aprobare vel reprobare. sed non in partem. Sed in illis omnibus diuersa habentur vnius loco ratione connexitatis officij:& ideo non est in eis licitum variare, sicut nec circa eandem rem, vt ff. de dam. infect.l.prætor.§. vnde quæritur. & determinatum est sup.eo.c.mutare Item opponi solet.ff. de peri.& commod.rer.l.j.§.licet.& de plurib.alijs quæ not.& rationabiliter soluuntur.ff.eo.l.non debet.& ideo repetere. cũ sint rationabiliter scripta esse potius transcribere quã notare: propterea superuacuum. Dyn.

ADDITIO.

A Consentiente. Adde an filiusfam. possit testari maximè in aduentitijs in quibus patri non quæritur vsusfructus, Bar.& Alex.in l.imperator.ff.ad Treb.& quæ est ratio, quare magis potest donare caussa mortis, quam testari, vide Bar.Bald.& Fran Aret.colum.ij.ver.in ea gl.in l. qui in potestate.ff.de test.Cyn.Bald.Sal.& Alex.in l.senium.C.qui test.& Bar.in l.tamis.§.j. hic alleg. & Bart. & Bal.in l.habeat vnusquisq;,& ibi Ias,C.de sacrosanct.eccl. & per canon.in c.Raynaldus.& c. Raynutius. de testa. Ioan.& Aret.Instit.quib.non est permiss.fac.test. Sed an pro anima possit testari? vide Doct.sup.alleg,& in c.licet de sepult.sup.eo.& Cy.Bal.Sal. & Alex.in l. senium. C. qui test.fac. possunt. & Rom. in repet.authen.similiter. 23.q.ver.19.ad col.26.C.ad leg.Fal. Abb in consi.63.col. 3.in ver.4.volum.j.& Lud.Bolog. in primis & secundis interpr.in l.sicut.§.venditionis.ff.quib.mod.pig vel hypot.& quando donationem debeat præcedere consensus patris, vel sufficiat, q; subsequatur, vide Bal.in l.si vxorem.C.de condi.inser.& Franc.de Crema.in sing. 69. Quid in filiosa.clerico.dic quod potest testari, vt est gl. reputata singu.in c. quia ingredientib. 19 q 3.& text. in authen.presbyteros.C.de epis.& cler.& Doct.in c.quia nos de testam.& Cepol.caut.113. cum sequent. & caut. cxlvij.Et idem in filijs Francigenarum & Britonum, qui de aduentitijs possunt testari, vt not, Bald.in cap.j.§.j in fi.de

fin. de frat. de nouo ben. inuest. & Fran. Aret. in d l. qui in potestate. col. 4. & Alex. in addit. ad Bar. in l. placet. ff. de acq. hære. & vide Dom. de Rota. in decis. ccxlix. in antiq. tit. de donat & Abb. in consi. cvij. lib. j. & dixi in §. ij. de consuet. iurista. per se lib. Consuet. Biturigum.

Adde in quantum quærit, an filius f. possit donare causa mortis sine consensu patris. & alle. Fran. de Crema suo sing. lxix. incip. donatio causa mortis, &cæt. Tu dic breuiter pro expositione principij huius apostillę, quod filius fam. il. potest testare in bonis castrensibus, vel quasi sine consensu patris: nec illorum iudicio eius requiritur consensus regulariter, de quo dixi in l. Imperator. in apostil. in ver. inducto autem peculio. posita super gl. in versi. filio, ff. ad Trebel. & in apost. an Guil de Cug post cum in l. fin. §. necessitate in versi. sine consensu patris. nu. 4. C. de bonis, quæ lib. & ad hoc, quod quæritur quid in filiofam clerico Bart. in l. si infanti. colum. 3. versi. & ideò aduerte, quod in causis, C. de iure delib.

B §. vltimo. Adde reg. ista m non habere locum in correctorijs, nec in mandatis, nec in decretis, nec vbi minus esset exemplum à potestate eius cui plus concederetur: nec quando alia ratio esset pluris, alia minoris, vt vberrimè tradit Deci. in l. non debet. ff. eod. F. C.

C §. qui vniuersas. Adde Bar. ibi & in l. j. §. ijs quibus. ff. de le. 3. & Felyn. in c. postulasti. col. 10. versi. circa. & versi. limita primo. de rescript. & Abb. in c. ex parte in iij. de deci.

D Oppositio. Vide Deci. in l. j. in prin. col. x. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. G. S.

In regul. Qui prior. Argumenta.

1 *Impetrans primus in beneficio admitti debet, licet secundus impetrans prior literas præsentauerit.*

2 *Impetratio secunda quando priori sit præferenda, & num. seq.*

4 *Prior tempore potior est, in ferendis sententijs & in electionibus.*

5 *Creditor quando creditori debeat præferri. & num. seq.*
7 *Mutuans in refectionem cuiuspiam rei, præfertur in illa re alijs creditoribus.*
8 *Creditor negans se possidere, si conuincatur de mendatio, non auditur volens postea prætendere priorem hypothecam.*
9 *Creditor, cuius pecunia res emitur, potior est quo ad eam rē sibi obligatam reliquis creditoribus.*
10 *Mulier quibus creditoribus in dote sit præferenda.*
11 *Creditor, cuius pecunia empta est militia, antefertur cæteris.*
12 *Creditor ex instrumento trino teste subscripto potior est alijs creditoribus.*
13 *Fiscus in debito principali præfertur alijs creditoribus.*
14 *Creditor funerarius potior est cæteris.*
15 *Hypotheca expressa quando præferatur tacitæ, & contrà. & num. sequenti.*
17 *Speciale, id est, cuius contrarium est generale.*
18 *Pignus prætorium habens es an sint reliquis creditoribus præferendi.*
19 *Creditor habens prætorium an præferatur ei, qui habet conuentionale.*
20 *Prior tempore in duabus dotibus potior esse debet in iure.*
21 *Priuilegium reale præfertur personali.*
22 *Creditorum omnium quando æqua sit conditio.*
23 *Solutum per debitorem quo casu reuocari possit, & num. seq.*

REGVLA LIIII.

QVI prior A est tempore, potior est A in iure.

† Si vnus primò impetrauit in ecclesia beneficium, & alius secundò & secundus primo literas præsentauerit, primus B debet esse potior: quia qui prior est.

C tempore impetrationis potior C est in iu. benefi. conse quendi, vt sup. de rescrip. c. si pro te. &c. tibi qui gratiam li. vj. Sed contra videtur eod. tit. de rescrip. c. si pro te, &c. duobus. vbi is qui secundo impetrauit, præfertur
2 priori. †Sed dicendum videtur. ꝙ aut vtraq; impetratio est simplex, aut altera simplex, & altera sub conditione, si ad id episcopi & capituli consensus accederet. Primo casu aut apparet de ordine impetrationis, aut nō. Si apparet, præfertur ille qui primo impetrauit: vt in præalleg c. tibi. sed si de ordine non apparet. tunc subdistingue: quia aut mādauit vni prouideri, & alteri canonicatū cōcessit: aut canonicatū cōcessit vtriq;, aut neutri. Primo casu præfertur is cui canonicatū cōcessit. Secundo casu præfertur is qui primò præsentauit. sed si ambo in p̄sentādo cōcurrūt, ille præfertur quē eligere voluerint illi, vel maior pars illorū ad quos spectat canonicorum receptio, & prębēdarū collatio, vt c. duobus: sed si prima interpretatio cōditionalis sit, secūda simplex, si fiat ante
3 existentiā cōditionis primæ, secunda simplex præfertur vt d. c. si pro te. †Sed videtur ꝙ existente cōditione prima conditionalis debeat præferri quasi existētia cōditio
D nis trahatur ad tēpus concessionis, vt ff. qui pot. in pign. l. fi. de pericul. & cōmod. rei vend. l. necessariò. §. quod si pēdere. Quidā dicūt quod c. si ꝑ te, sit cōtra ius cōmune, quod nihil est: imò dicēdum est quod illlæ leges loquuntur & intelligi debent vbi non erat in potestate contrahentis: primò sub cōditione, secūdo purè, reuocare cōtractū cōditionalē. In proposito aūt sūmus. Pōtifex poterat primam conditionem reuocare. & ideò multò fortius potuit per secundam puram derogare, vt suprà eod c. cui licet. & patet. ff. qui pot. in pign. hab. l. j. & l. qui balneum in prin. & §. primo. & l. potior in prin. Item patet in albo decurionum & consulum. †Nam
4 qui prior est tempore. prior est in iure ferendarum sentētiarum & faciendarum electionū cæteris paribus, vt ff. de albo scrib. l. j. & C de consul. l. j. libr. xij. Item poni
5 posset exemplum regulæ in creditoribus quibus res sunt obligatæ. nam qui prior est tempore &c. ff. qui

pot.

pot. in pign. hab. l. potior. & l. creditor. & C. qui potior
l. si fundū. Sed ad hoc videtur obstare. ff. de rebus auct.
iud. poss. l. priuileg. vbi non ex tempore, sed ex caussa æ- 6
stimantur. † Quare distinguendum est plenius. aut e-
nim omnes creditores prætendunt priuilegium reale, 7
aut personale omnes, aut quidam reale & quidam per-
sonale, aut quidam personale alij nullū: aut omnes nul
lum. Primo casu quando omnes prætendunt reale aut
cōuentionale oēs, aut omnes prætorij: E aut quidā præ E
torium & quidā cōuentionale. Et si omnes cōuentiona
le, vel quasi: aut omnes expressum. aut omnes tacitū aut
quidā expressum, & quidam tacitum. Et si omnes ex-
pressum, aut eiusdem temporis aut diuersorū. Si eius-
dem temporis. si quidem simul & eodem actu vtrique
sit obligata res, admittitur vnusquisque pro parte di. F
midia. F Si separatim nec apparet cui prius, præfertur
qui primo contra extraneum possessorem egit: inter se,
potior erat conditio possessoris vt l si fundus. §. si duo.
ff. de pig. Si diuersorum. tunc nota regulā, & instantiam
à regula: regula est. Qui prior est tempore, &c. ff. qui pot.
in pig. hab. l. potior & C. eod. tit. si fundum. † Instan 7
tia est in mutuante in refectionē, vt in auth. de æqual.
dot. §. his consequens in princ. colla. vij. & ff. qui pot. in
Pig. hab. l. interdum. † Item in negante se possidere, qui 8
Postea cōuictus prætendit hypothecam. G vt C. qui pot. G
in pig. habe authen. item possessor. † Item fallit in eo 9
cuius pecunia res emitur & expressè obligatur, l. licet. 10
C. qui potio in pig hab. † Item fallit in muliere H quæ H
præfertur prioribus habentibus tacitā. vt C. qui potior 11
in pign. habe. l. assiduis. † Item fallit I in eo de cuius
pecunia militis emitur, vt C. de pign. l. fin. & authen.
quod obtinet. † Item fallit in habente hypothecam ex 12
instrumento priuato manu trium testium signato. si a-
gat aduersus cū qui non habet instrumentū simile vel
publicum. vt C. qui potior in pign. habe. l. scripturas. † 13
Item fallit in fisco agente ex caussa primipili, vt C. in
quibus cau. pign. vel hypothecam tacitam contrah. l.
ratis. † Item fallit in agente funeraria. vt l. at si quis. §. 14

si colonus ff. de relig. & sump. fune. & l. impēsa. & ibi nō.
Item fallit in vendente pignus prætorium & habente
causam similem qui non præfertur, sed cū posteriori cō
currit. vt l. is cui. §. qui prior. ff. vt in poss. leg. Si omnes
K tacitum K similiter dic referre eiusdem temporis vel di
uersorum & si eiusdem, non referre eod. vel diuersis a-
ctibus, si non appareret cui primo: nam semper inter se
melior erit conditio possidētis, contra extraneum. occu
pantis. Et si omnes simul ad agēdū, concurrunt, admit.
titur vnusquisq; pro parte, vt ff. de saluiano interd. l. j. §.
si colonus. & l. fi. & ff. de pig. l. si debitor. si diuersorum
temporum, tunc qui prior &c. vt hic & ff. qui pot. in
pig. habe. l. insulam. cum simil. †Si quidam expressum &
15 quidam tacitum, aut eiusdē temporis, aut diuersorum
& si diuersorum. aut præcedit tacita. & sequitur expres-
sa. aut præcedit expressa & sequitur tacita, *si præcedit*
tacita & sequitur expressa, præfertur tacita etiā fisco. vt
C. rē alie. geren. l. j. secunda respons. licet gl. circa fiscum
dubitet. ff. qui pot in pig hab l. si pignus. Si præcedit ex-
pressa, tunc præfertur, vt ff. qui pot. in pig. ha. l. Titius in
16 prin. & §. negotiatorū. & C. eo. l. si fundū & de remiss pig.
l. si ignorante. †Si eiusdē tēporis videtur idē q̄ est quan
do vterq; profert tacitā, vel vterq; expressum eiusdem
temporis: quia tacita & expressa parib. passibus ambu.
L lant; L vt ex prædictis apparet: quia mutuās in refectio.
17 nē præfertur habenti expressam, sicut habēti tacitam, †
præterea illud est speciale, cuius contrarium generale,
vt in authē. de non alien. §. vt autē lex. Sed speciale est in
M muliere, quæ præfertur habentibus tacitam tantum. M
& sic in eo casu specialior fortior est expressa, quā taci.
18 ta. ergo aliàs regulariter pares sunt. †Si omnes prætorii
aut sunt omnes eiusdem tituli, aut omnes ex contractu,
aut omnes ex caussa legati, vel omnes ex caussa damni
infecti: & tunc non prodest præuenire ex tempore. vt ff.
de dam. infect. l. si finita §. si plures. & § Iulian. & l. præ-
tor. §. eius rei. C. de bonor. auctor. iud. poss. l. vlt. & ff. de
N bonorum auctor iudici. poss. l. cùm vnus, N & ff. vt in
possessio. leg. l. is cui. §. qui prior. aut diuersorum, & rūc

qui

qui prior est tẽpore, potior est iure, vt C. qui pot. in pig. habe. l si decreto. & d. l. is cui. §. postquam rei. †Si quidã prætorium & quidam conuentionale. O tunc qui prior tempore. & c. vt. ff. qui pot. in pig. l. si & iure: & C. vt in poss. l. si postquam. Secundo casu quãdo oẽs personale, aut sunt eiusdẽ tit. aut diuersorum: si eiusdẽ, regulariter concurrunt. non inspecta prioritate, vel posterioritate tẽporis, vt ff. de priuileg. cred. l. priuilegia, ij. respon. & ff. deposi. l. hominẽ. §. quoties. †Fallit in duabus dotib. ab eadẽ substantia debitis. in quibus qui prior est tẽpore potior est iure, C. q. potior in pig. l. assiduis. §. fi. Item fallit. in fisc. ff. de priuileg. cred. quod quis, si diuersorũ si quidem sunt paria priuilegia, concurrunt, si disparia magis priuilegiati præferuntur, vt d. l. priuilegia j. respon. P & l. si ventri. § in bonis ff. de priuileg. cred †In tertio casu quando quidam reale, quidã personale, reale præfertur, vt in l. eos. C. qui pot. in pign. habe. & ff. de pact. l. rescriptum. circa prin. In quarto casu quãdo quidam personale, alij nullũ, præferuntur priuilegiati. vt ff. quod cum eo. l. sed an hic. & de pec. l. ex facto. §. fi. & de priuileg cred ij. & l. si ventri. §. eorum ratio. & de cessio. bono. l. j. & ij. †In quinto quãdo omnes nullum. aut agitur ad dationẽ quantitatis, vel speciei, vel generis aut ad factum. Primo casu aut erant bona possessa per credi tores: & tunc omniũ est æqua condicio. vnde si vni soluatur. reuocatur pro rata per alios: vt, ff. de ijs quæ in fraud. cred. l. qui aũt. §. sciẽdum & l. ait prætor. §. si debitorẽ in fi. †si verò nõ erant possessa per creditores, si debitor soluit, aut soluit auctoritate iudicis intercedente aut sine iudicis auctoritate. Primo casu quando soluit iudicis auctoritate. tunc nõ est locus reuocationi, vt ff. que in fraud. cred. l qui autem §. apud Labeonẽ. Secundo casu quando soluit sine iudicis auctoritate, & tunc aut omnes creditores pariter instabant. & tunc si debitor vni gratificatus soluat. reuocatur pro rata per alios, Q vt ff. quæ in fraud. creditor. l. pupillus. †Si verò omnes non instabant. & vni soluatur. aut soluitur à debitore sponte, aut extorquetur ab inuito. si soluitur sponte, non

O P Q

tè non reuocatur per alios: si ab inuito extorquetur, re-
uocare vt præalleg l. pupillus. & l. qui autem. §. scien-
dum. ff. quæ in fraud. credit. nisi mora. erat periculum
allatura. vt si debitor cum pecunia fugiebat, nec habe-
ri poterat iudicis copia, vt in l. ait prætor, §. si debitorẽ.
ff. de his. quæ in fraud. cred. Si extorsit iudicis auctori-
tate, non reuocatur, vt. ff. de his. quæ in fraudem credi-
25 tor. l. qui autem. §. apud Labeonem. † Si autem agatur
ad factum aut petitur & in condemnationem deduci-
tur factum, & tunc si simul creditores concurrunt, præ-
fertur qui primo contraxit, vt. ff. loca l. in operis, sed si in
condemnationem deducitur interesse, idem seruatur
quod dictum est seruari debere, cùm agitur ad qnanti-
tatem, vt l. in operis & de verborum obligatione. l. stio
pulationes non diuiduntur. §. Celsus. Dyn.

ADDITIO.

A Qui prior. intellige regulam istam in ijs, qui omnia a-
lio respectu præterquam temporis pares sunt, vt hic
gloss. & vide Rom. consil. xcvij. visis. & ccxcviij. Circa. &
Alexand. consi. iij. & xxiiij. vol. v. qui ex hac regula deci-
B dunt plures notab. quæction. F. C

Primus. Adde quod in beneficialib. inter contenden-
tes attenditur titulus iustior. iuxta not. in c. cùm venis-
sent. de in integr restit. & plenè not. Guid. Pap. in quæst.
55. incip. curia. G. S.

C Potior. Adde quando tẽpus datæ literarum atten-
datur Felyn. post Abb. in c. eam re in antepenul. col.
ver. tempus. de rescript. vbi ponit regulam affirmati-
uam cùm sex fallent & vide ipsum in c. pastoralis in
princip. colum. iij. eod titu. & Bald. & Imol. in l. si quis
filio. §. eius ff. de iniusto rupto. testam. & Bartol. in l. ab
senti. ff. de donat. & Nicol. de Neapol. in l. si duas. in
fin. prin. ff de excusat. tutor & Ang. Aret. Instit. qui-
bus modis ius pat. § filiusfamilias. & Doctor. in c. sic eo
tempore. de rescript. eod. lib. Et nota quod prioritas
causatur ratione vnius horæ, vt not. in d. cap. pastora-
lis. & per Felyn. in c. capitulum. ver. de concursu
duorum. colum. xiiij. de rescriptiõn. & quæ not. Dyn.

& ibi

& ibi dico in additio. in regula, in pari. & in regula, beneficium. & quando secundus impetrans præferatur primo, vide gloss. in c. quia sæpe de præben. libr. 6. & Domi. de Rota in decis. 403. in antiq. titu. de præscriptio.

Adde quod posui in addit. suprà in regula, non firmatur. in versic. tempus datæ, tangitur aliquid de materia prioritatis, quando secundus primum impetrantem præuenit in præsentatione rescripti per Felyn. post Panormita. & alios. in c. j. de rescript. Anto. in c. plerunque. colum. penul. co. tit omnes, & præcipuè Philip. Fran. c. vt debitus, colum. 14. cum ij. seq. & ibi Car. Alexan. colum. x. de appel.

Concessionis Adde Dyn. & quæ ibi dixi in regula, beneficium. in penulti. addition. & Barto. in l. necessario. versic. vltimn. not. ff. de pericu. & commod. rei vendit. & l. si filius. de verborum oblig. & in l qui balneum. in princip. & ibi singul. Alex. in addit. & Bald. in antiq. lect. ff. qui potior. in pign. haben. & Bald. in d. l. necessario in antiq. lect. D

Prætorium. Adde qnot sunt species pignorũ. Barto. & Alex. Mod. Doct. in l. à diuo Pio §. super reb. ff. de re iudic. & Pet. de Ferra. in forma, libelli, in act. hypoth. in glo. super verbo, super eadem obligatione col. j. & Ioan. Fab. Aret. & Ias. in §. item Seruiana colum j. Insti. de act. & Barto in l. fi. & iure. colum. ij. ff. qui potio. in pign. habe. vbi reprobat distinctionem Dyn. hic & aliter distinguit, vt ibi per eum, & adde Abb. & Fely. in ca. cum aliquibus de re iudic. E

Dimidia. Adde Dyn. in c. cum sunt. num. 3. & c. in pri. in prin. hoc titulo. F. C. F

Hypothecam Adde. Dyn. in c. nullus pluribus. nu. 5. & c. qui ad agendum. num. 8. hoc eod. tit. G

Muliere. Adde an mulier sit potior fisco creditore, Cy. Bart. Bald. Saly. in l. j. & ibi Alexan. in add. ad Bar. C. de priuileg. fisci. & in l. satis. C. in quibus cautis pig. vel hypothe. contra. & Ang. Perus. Imol. & Doct. Moder in l. si marito. ff. sol. matrimo. H

I Fallit. Adde gloss. Cyn. in l. diuersis. & l seq. C. qui pot in pigno. hab. & gloss. & Bar. in l. interdum. ff. qui potior in pig. hab.

K Tacitum. Adde duas esse species tacitæ hypothecæ altera inducitur ex mera legis dispositione, qualem habet vxor in bonis viri in altera requiritur etiam factum hominis cuiusmodi: habet locator in rebus illatis per conductorem. ita distinguit Ias. in §. item Seruiana. Inst. de actio. F. C.

Adde quod ista regula secundum Dyn. non solùm habet locum in hypotheca expressa. sed etiam in tacita. vnde sicut habens expressam hypothecam anteriorem præfertur omnibus posterioribus creditoribus habentibus tacitam vel expressam hypothec. sic etiam habens tacitam hypothecam anteriorem, regulariter præfertur posterioribus creditoribus non solum habentibus tacitam sed etiam expressam. & fisco & ita refert. & sequitur Maria. Socin. tract. de obligat. in xj. & xij. libellis. vbi quærit, an oblatio debitoris offerentis bona sua præiudicet creditoribus anterioribus habentibus expressam, vel tacitam hypothecã, vbi concludit, quod non, & vide Bart. Bal. & Iequa. in iuribus hic per Dan. alleg. & ad distinctionem & not. per Dy. hic vide Ioan. Pet. de Ferr. In forma libelli in actio. hypothet. in glo. super verbo cadẽ oblig. col. iiij. versi. sed pone. & Cyn. & Bart. Bal. Ang. & Salyc. in l vnica. C. de priuileg. dot. & Cepol. cau. cxxiiij. inci. vulgaris regula. cum duabus sequen. & Doct. in apostil. seq. alleg.

L Ambulans. Quid differat tacitum pignus ab expresso. docet Ferra. in d. gloss. in versi. sub eadem colum. ij. versic. deinde. F. C.

M Tantum opin. Dyni sequuntur communiter Doct. vt refert. Ias. in § fuerat super glo. creditoribus. Inst. de actio & ita practicatur. F. C.

N L cùm vnius Adde ibi Bartol. col. vlt. versic. vnio ad secundum. & in l si decreto. C qui potior. in pig. & Bald. in authent. & qui colum. iiij. C. de bonor. auctor. iud. possid. vbi ponit qui dicantur cred. eiusdẽ ti. & gloss.

gloss. & Bart. in l. priuilegia. ff. de priuileg. cred.

Conuentionale. Adde quando cõcurrant pignus prætorium & conuentionale. Lud. Bolog in l. fundus. ff. de an l. in inter. & Bal. consi. 466. lib. 4. & quid differt prætorium à conuentionali, vide gloss. Barto. Bald. Paul. de Cast. & Alexand. in addit. ad Bar. in l. j. ff. de pign. act. & vide Fer. vbi suprà & Abb. & Fel. in cap. cum aliquib. in prin. de re iud. & Specul. tit. de pign. & hypoth. §. j. & Ias. in §. item Seruiana. colum. j. Inst. de actio. Tu dic. quod differat in modo constituendi, conuentionale enim solo partium consensu contrahitur. prætorium verò translatione nisi in casu. l. cum vnius §. fin. cum le sequent. ff de bo. auct. iud possid. addit aliam differentiam Alex. in suprà alleg. leg j. ff. de pign. act. scilicet, quod cum requiritur discussio in prætorio quæ aliàs requiritur in conuẽtionali hyp. itẽ aliam, quia creditor accipiens pig. prætorium licet non sit idoneum, liberat debitorem. l. à diuo pio. §. si pig. ff. de re iud. Secus autem in conuentionali, l. creditor. qui non idoneum. si cert. petat. & l. si pro mutua. C. eod. tit. & Bar. in l. non est mirum. in fi. ff. de pig. act. quid sit pignus iudiciale, & an & in quo à prætorio differat. vide glos. rub. C. de præto. pign. & melius per Alex. in l. à diuo Pio. §. in venditione. in antepe. col. ff. de re iu. & quæ sit differentia inter pignorantiã. & hypothecariam vide Spec. in tit. de pig in prin. ver. quid si iudex & ver. quæ autem sit differentia. O

Primo respondeo. Adde ibi Bartol. qui sequitur Dyn. hic & Do. in l. vnica C. de priui. dot & Fer. vbi suprà. cons. vj. in fin. ver. modo venio. & quo ad cætera not. hic per Dy. vide per ipsum de Fer. & adde Bart. Soc. in l. j. col. 4. vers. tertio. not. cum seq. ff. sol. matr. & Bar. Bal. & Alex. in addi. ad Bar. in l. in operis. ff. loc. P

Alios. Adde quando id quod vnus ex pluribus creditoribus à debitore exigit debeat communicari cum aliis Bart. & Mod. in l. pupillus. de iis quæ in frau. cred. & Io. And, & Doc. in rub. de obli. & sol. & Bald. in l. fin. in fi. ij. q. ff. de posit. tex in l. pecunia. & ibi Saly. in fin. C. de priui. fisci. Q

In Regul. Qui sentit. Argumenta.

1 *Emptori cedit quicquid rei emptæ accedit.*
2 *Aucta parte hæredis per contra tabulas, augetur & legatorum onus in persona substituti, & contra, ea diminuta, legata etiam diminuuntur.*
3 *Commodum quando sentire debeat, qui tulit incommodum. & nu. seq.*
5 *Agnata proximior sentit commodū hæreditatis, onus autē tutelæ non subit.*
6 *Contrariorum si de vno prædicatur, seu disponit affirmatio de altero disponit negatio.*
7 *Contrariorum alterum è medio tollitur, posito in esse altero.*
8 *Contrariorum quando eadem sit disciplina, numero sequen.*

REGVLA LV.

QVi sentit onus, sentire debet commodum, & contra.

1 †sicut post venditionem perfectam omne commodum accedens rei venditę pertinet ad emptorem: ita &
omne incommodum accedere debet, vt C. de pericu. &
2 commod. rei vend. l. post perfectam. ff. eo. l. id quod. †Ité sicut diminuta parte hæredis scripti per contra tabulas diminuitur & legatorum onus, ita aucta parte scripti hęredis per contra tabulas, augetur & legatorum onus, vt ff. de vulg. & pupil. substit. l. & si contra in fin. & deleg.
3 3. l fi. †& ista regula habet locum quando circa commodum & incōmodum est per omnia par ratio, & personæ
susci pientis commodū & incommodū habilitas: & hoc
A patet per exempla. Inst. de contrah. emp. §. cum autē A & de legit. patrō. tut. & ff. de le. j. l si ex toto. & deleg. 3. l. fi. & de vulg. pupil. substit. l. & si cōtra. & C. de caduc. tol. l. j § pro secundo. & de furt. l. manifestissimi. § sed cum
4 in secundam. †sed vbi non est per omnia vtriusq; par ratio, regula non procedit: vt est videre in leg. si quis a-

liena

liena negotia gerens. ff. de nego. gest. & ibi not. & de procurat. l. qui proprio §. procurator. † Item in casibus alijs not. in d. l. si quis ff. de neg. gest. & in l. si quis putans cõmuni diuid. & pro socio. l. sed & socius. §. si absenti. Itẽ si non est eadem personæ conditio, vel habilitas circa vtrunque suscipiendum. † vt si agnata proximior est, cũ tractatur de ferendo onere tutelæ. Nam ipsa succedit in commodum id est, in hæreditatem: & tamen non tenetur subire tutelæ onus imò defertur ad agnatũ masculum in gradu remotiorem, vt insti. de legit. patro tutel. §. fi. & ff. de legit. tut. l. j. §. interdum. Tamen illu l generale, quod hic colligitur, & in l. allegata, scilicet disciplinam contrariorum eandem esse, B non videtur procede B re: imò in genere videntur contraria: † quia cum de vno 6 genere contrariorum prædicatur affirmatio, de altero prædicatur negatio. q̃ est eius oppositum vel quod idẽ est Si de vno disponit affirmatio, de altero negatio, vt l. j. in prin. ff. de ijs, qui sunt sui, vel alien. iur. & Insti. de tutel. in prin. & ff. de accusat. l. qui accusare, ergo non est eadem disciplina, sed contraria. † Præterea patet per id q̃ 7 dicitur, Ad positionem vnius contrariorum, sequitur remotio & destructio alterius. C vt ff. de verb. sig. l. h æc C verba illẽ. & de insti. actio. l. sed & si pupillus §. si insti toria. & in auth de mand. prin. §. neque autem. colu. iij. † 8 Respondeo vbi de quolibet contrariorum respondetur affirmando, vel de quolibet negando, simpliciter verũ est eandem esse disciplinam contrariorum vt insti. de contrah. empt. §. cum autem. & C. de cad. tol. l. j. §. pro secundo. & de fur. l. manifestissimi. §. sed cum in secundã. de vulg. & pupil. l. & si contra tabulas. & de leg. j. l. si ex toto in prin. & de legi. ij. l. fi. tunc enim eadem est in genere, & eadem in specie, & eadem aliquando quantũ ad numerum, vt cum in eadem verborum serie & vtriusq; dispositio traditur. Nã tunc est eadem quantum ad numerũ, quia vna est verborũ cõceptio, quæ vtrunq; cõtrariorũ disponit, sed eo respectu: quia diuersa disponit, potest ratione effectus in plura particularia diuidi & diuersa iudicari. † sed vbi de altero est affirmatio, & de altero

nega-

negatio non est eadem, sed contraria dispositio, sed pro tanto dicitur eadem disciplina ea ratione, quia vna cognitio habetur cognitio D alterius. vt in præalle. l. qui accusare. & l. j. ff. de ijs qui sunt sui, vel alie. iur. & Inst. de tutel. in prin. & ff. de præt. stipul. l. j. §. stipulationum Ea ratione ergo dicitur eadem disciplina, sed non dicitur eadem ratione dispositionis contrariorum. Dynus.

D

ADDITIO.

A §. cum autem. Adde ibi Ioan. Fab. in prin. Christoph. Porc. & Aret. in ij. colum. & onus meretur honorem. vt not. Bartol. & Bald. in l. amicissimos. In prin. ff. de excusat. tut. & vide hic Ioan. Andr. in Mercuria. & in c. ratio ni congruit. & ibi Dyn. & quæ ibi dico. & Bal. Bartol. & Doct. in l. si is qui. §. si quem quæstum. ff. commod. vbi limitant hanc regulã, vt ibi & Ang. in consil 85. incip. ex themate. col j. versi. iij, probatur.

B Esse. Adde Bart. in l. inter stipulantem. §. sacram. col. iij. ff. de verb. oblig. & in l in fundo ff. de rei vend. & aliquid per Bald. in l. fin. circa 4. vel v. colum. C. de fideicõ. & Alex. in rub. de acqui. possess. ff. & Bal. & Aret, post Io Fab. Insti. de his. qui sunt sui, vel alien. iur. in prin. & ibi Christoph. Porc. in iij notab. & Cyn. Bald. & Salyc. in l. j. §. pro secundo. C. de cadu. tollen. & Alex. in l. si contra tabulas. ff. de vulg. & pupil. substitut. & in d. §. sacram. & Ioan. Andr. hic, & Moder. & Angel. in consi. lxvj. colum ij. versi. item multa. Vide Dec. in l. secundum naturam. ff. eod. tit.

C Alterius. Adde Dyn. in c. nullus plurib. sup. eod.

Cognitio. Et hoc modo argumentatur in c. possessor circa prin. sup. eod.

In reg. In re communi. Argumenta.

1 *Socij prohibentis alterum socium in re communi ædificare, melior est conditio.*

2 *Socius quando socium impedire possit in re communi. & nu. seq.*

4 *Occupantis conditio in pari causſa qnando ſit melior.*

REGVLA LVI.

IN re communi melior eſt conditio prohibentis.

Si † habeo fundum tecum communem, & tu velis ædificare domum in fundo, & ego prohibeo melior eſt cõditio mei prohibentis, quàm tui ædificare volentis vt ff. communi diuid. l. Sabinus. Sed videtur, quod melior ſit conditio facientis, quàm prohibentis, vt ff. pro ſoc. l. cũ duobus. §. item Mela. Omiſſis ſolutionib. aliis, quæ ſunt à veritate remotæ dicendum eſt, † ꝙ aut ſocius A vult facere aut reficere in loco communi ad eũ vſum ad quẽ res parata eſt: & poteſt etiam inuito ſocio, vt ff. communi diuid l. ſi ædes & pro ſocio l. cum duobus. §. item Mela. Aut ad eum vſum ad quem res parata non eſt: & tũc ſi intereſt prohibentis non fieri, melior eſt conditio prohibentis, vt d. l. Sabinus. & ff. de ſeruit. vrbanor. prædior l. quidam Iberus. §. cùm parietem. & hoc caſu poteſt intelligi regula: † aut nihil intereſt prohibentis & poteſt fieri eo inuito. vt ff. de ſeruitu. vrban. prædior. l. fiſtulã. §. pen. & fin. habita tamen diſtinctione vtrum iure ſeruitutis facere vel reficere velit, quia tunc non poteſt, vt ff. de ſeruitu. vrban. præd. l. parietem, aut iure communionis, & poteſt, vt d. l cum duobus. §. idem reſpondit. Itẽ contra regulam videtur illud generale quo cauetur. † ꝙ in re vel cauſſa pari melior eſt cõditio Occupantis, vt ff. de leg. j. l. ſi pluribus, & de verb. oblig. l. ſi Titius. & de procura. c. ſi procu. li. 6. ſed hæc regula loquitur in ea re, quæ pro parte ſua indiuiſia ad plures pertinebat: leges verò contrariæ loquuntur in eo iure, quod diſtinctum eſt in vnius executionem, qui primo occupauerit litem conteſtando. Lite enim conteſtata ſibi quærit executionem. & alterum inſolidum excludit. niſi in caſibus enumeratis in c. duo ſuprà de procurat.

1 2 A 3 4 C

ADDITIO.

Socius. Adde Aretinum Inſtitu. de rerum diuiſione §. religioſum: & Pet. de Ferra. titu. pro hæred. vel re ſing. in A

B Dedi. Adde quando quis ex consilio teneatur gloss. in §. ope. Instit. de obli. quæ ex delict. & gloss. in l. ij. §. fi. ff. mand. & Barro. in l. non solum. §. si mandato col. 4. ver. veniamus. qui tenet opi Dyn. hic & etiam Alexan. in addit. ff. de iniur. & Bald. in l. non ideò minus. C. de acc. & Bar. & Doct. post glo. in l. sæpe. de verb. signi. & Bald. in l. ob hæc verba, vbi multa sign. dicit ff. de his qui not. infa. & in l. data opera. col. xxiij. C. qui accus. non poss. & in l. metum. C. quod met. caus. & in l. j. col. j. & 2. C. de ser. fug. & Canon. plene. præcipuè Fel. in c. j. col. 4. ver. secundum mẽbrũ. de offi. deleg. & Saly. & Mod. in l. j. C. de rap. virg. & Doct. in c. sicut dignum, maximè Fely. col. 3. in prin. ver. not. vbi ponit regulam cum pluribus fallen. de homini. & vide Paul. de Leaz. & Card. in c. j. de pœn. vbi est notab. tex. & Aret. in §. in duplum. col. ij. & in §. omnes autem. et ibi Ias. col. ij. de act. Instit. &

Aret.

Aret. in tract. suo. Malefic. in verbo. Sempronium in quæst. penul. & fin. & ibi in additio. Ang. de Arim. & Bernar. Landri. & vide Rom. sing. 376. incip. in contractibus. & Angel. de Perus. in l. primo C. de nili aggeribus & Albe. de Gand. in tract. Maleficio. titu. de quibus. q. v.

Consilium. Quis dicatur dare consilium ad delinquendum. vide tex. in l. furti. § rectè. ff. de fur. F. C. C

Dedit. Adde quod in dubio præsumitur aliàs factu. rum non fuisse. secundum Felyn. in c. j. colum. v. ver. vtrum autem. de offi. deleg. & Bald. in lege data opera colum. 17. C. qui accus. non pos. Sunt tamen aliquot modi probandi. quod etiam aliàs feciſſet absque consilio. quos diligenter persequitur Baldus. in l. j. C. de seruo fugit. F. C. D

In Regul. Exceptionem. Argumenta.

1 *Excipiens quando præsumatur confiteri, & num. sexto.*

2 *Exceptionem iuris proponens, an censeatur tacitè confiteri.*

3 *Verba in dubio intelligenda sunt.*

4 *Indefinita æquipollent vniuersali.*

5 *Exceptionis iuris sunt propriè exceptiones.*

REG. LXIII.

EXceptionem obijciens, non videtur de intentione aduersarij confiteri.

†Si opponat conuentus exceptionem facti siue intentionis, vt quia negat se debere, certum est. quod non videtur confiteri de intentione actoris, quia confessio et negatio directé contraria sunt, & ideò ad positionem Prius non sequitur positio alterius, sed remotio. A. ff. de verborum significatione. l. hæc verba. & de institution. l. sed et si. §. si institoria. authen. de mand. princip. §. neque autem. †sed si opponat exceptionem iuris, vt pacti de non petendo rei iudicatæ 1 A 2

B iusiurandi præscriptionis, & similium. B an videatur tacitè confiteri de intentione actoris, ita quod actor releuetur ab onere probandi intẽtionem, & reus afficiatur onere probandi exceptionem, dubitatur, & primò vide
3 tur quod non †quia verba simpliciter prolata referri debent ad propriam significationem, & non abusiuam vt ff. de leg. iij. l non aliter. §. Titius & de verborum sig-
4 nificatione. l. nepos. †sed exceptionis iuris sunt propriè exceptiones, quia excludunt actionem cum illis. ff.
5 de exceptio. l. ij. & ibi not. †item quia indefinita æquipollet vniuersali vide eundem sup. in proœm. nu. 5. & 8. sed hic & ff. de except l. non vtique, loquitur indefinitè: ergo videtur omnem speciem exceptionis compræ-
6 hendere. Mihi autem videtur †quod aut excipiendo aliquid simpliciter negat, aut excipiendo aliquid ponit, si negat vt in exceptione nõ numeratæ pecuniæ, & nõ numeratæ dotis, verum est. q̃ non videtur confiteri de intentione actoris vt hic. & ff. de excep. l. non vtiq; Sed si excipiẽdo ponit, aut simpliciter, aut sub cõditione. si simpliciter vt quia dicit sibi pactum factum de nõ petẽdo, soluisse vel absolutum esse, tunc de sola exceptione
C tractandum est. absq; eo quod actor C intentionem probat. Sed si negat, & sub conditione ponit. q̃ a dicit se non teneri, & si apparebit eum teneri. dicit sibi factum pactũ de non petendo, tunc non videtur confiteri de intentione actoris. & ideò nõ afficitur onere probandi exceptionẽ nisi actor probauerit intentionem suã. & hæc probantur. C. de excep l. si quidem. ij. & iij. resonso.

ADDITIO.

A Remotio. Vide eundẽ sup. co. in c. qui sentit. ver. præterea patet.

B Similũ Addean & quando excipiens vel replicans videatur fateri intent aduersarij. Ro. in l. cũ mulier. col. v & ibi Bal. in repe. 20 col. & Ioan. de Imol. ff. sol. matr. & Bal. in l alia C de ijs quib vt indig. & per Alex. plenè in l. decẽ col. 7 ff de ver. obl. & Fely. in c cũ venerabilis, col. 4. vers. an & quãdo de excep. vbi ponit regulã q̃ nõ fatetur & sex casus exceptos à reg. prædicta, & vide sing.

Ang.

Ang. Aret. in rub. Inst. de except. colum. xx. Et an dicens se absolutum videatur fateri excommunicatum, vide Abb. in c. venerabilem. colum. penul de except. & sic ad de an confessio possit pro parte acceptari, & pro parte non. Bart. in l. si quidem C. de except. & Bald. in l. age, cũ Geminiano. C. de transf. Alber. de Roz. in Dict. in verbo exceptione vtendo. & Cep. in cau. lx. vbi etiam ponit de iuramento delato reo, an sit indiuisibile vel nõ de quo vide singulariter. Sig. de Homodeis. & Fulg. in quodam eorum consilio posito in fine tractatus maleficiorum dominij Bonifacij de Vitalinis quod incipit, suppositio statuto ciuitatis Mediolani, quod posui in fine lib. Con. Biturig & adde ibi, & vide gloss super verbo malignantium in cap. cupientes, & ibi do de S. Gemi. de elect. sup. eod. & vide Bartol. in leg. non vtique. & ibi Alexand. in addit. ff de except. & Cyn. Bald. & Salyc. in dict. l. si quidem & Cyn. & Do. in l. ij. C. de do. inter vir. & vxor. & Bartol. singulariter in l. Aurelius. §. idem quæsijt. ff. de lib. le. & Bald. in l. vnica. C. de canfes. & Dyn. in reg. nullus. ver. vnde mihi videtur. & Lud. Bol. in l. si te. C. de in gen. man. in primis inter. & Alexand. in consi. ij. colum. penult. in fin. volum. iiij. & Felyn. & ibi Phi. Sim. in addi. in cap. examina, de iud. colum. ij. Adde Lanfr in cap. quoniam contra §. confessiones. num. xij. in versi. acceptura. Pan. plenè in cap. bonæ memoriæ. colu. ij in vers. confessio num. 29 de postul. prælat. in cap. cùm venerabilis. numer. j. in vers. videtur & Phil. Franc. de except. in versicu. actoris intentionem. dixi in apostil. in Stylo Parlamen. parte j. titul de exceptio. versicul. item si quis

Actor. Adde quando excipienti incumbit onus probandi. Barto & ibi Alexan. in addit. in l. j. vers. item opff de excep. & Bald in l. si exceptione, colum. ij C. de nõ nume. pecu. Bartol. Imol. & Mod post Dyn. in l. in illa. ff. de verb. obl g.

In Regul. Quæ contra ius. Argumenta.

1 *Alienatio bonorum pupilli vel ecclesiæ contra formam iuris facta est ipso iure nulla.*
2 *Alienatio citra iuris solennitatem facta non transfert dominium, nec vsucapiendi conditionem.*
3 *Crimina non sunt pro infectis habenda, licet contra iuris formam facta.*
4 *Facta contra ius non valere, in quibus verum sit. & nu. sequent.*
6 *Effectus qui retractari nequeant.*
7 *Sententia non est ferenda sub conditione, lata tamen valet.*
8 *Relegato an licitè bona adimantur.*
9 *Factum illicitè quando teneat.*
10 *Clausula specialis quando præferatur generali.*

REGVLA LXIIII.

QVæ contra ius fiunt, debent vtique pro infectis haberi.

1 A Si res ecclesiæ vel pupilli alienantur contrà iuris formam pro non facta A habetur alienatio, cum ipso iure non teneat, eo ipso, quod facta fuit contra iuris prohi
B bitionem. B vt sup. de reb. eccle. non alien. ca. ij. lib. 6. et
2 C. de sacraſ eccl. l. iubemus et de ad. tut... lex quæ tuto-
C res. et de prædijs min. leg. ij. † Et ideo ex tali alienatione nec transfertur dominium. C. nec paratur præscribendi titulus vt C. de prædijs min. l. si prædium, et de author. præst. l. eũ qui. et de vsuc. pro emp. l. fi. et præal c. a-
3 lij 7. Sed contra regulã videtur obstare, † quia certũ est q furta, homicidia, adulteria, et crimina seu delicta contra leges cõmittũtur. vt ff. de iniu. l. j. in principio, et tamẽ nõ habẽtur pro infectis nã si haberẽtur, p infectis vlla pœna, p his imponeretur. Itẽ impossibile est illud q est factum, non esse factũ vt ff. d. cap. et postlimin. re. leg. in bello. § factæ. Dicunt Glossatores iuris Ciuilis
4 † quod regula locum habet tantum in ijs, quæ de iure

for-

sortiuntur effectum quod videtur pueriliter dictū: nmò
ne ijs quæ de iure impediuntur sortiri effectum, quia
sunt contra prohibitionem iuris. Sed propter reueren- D
tiam dicentium D sustineri posset. q̄ hæc regula loqui-
tur de ijs, quæ de iure sortiuntur effectū. id est, quæ sunt
alias de iure permissa vt pacta, vel similia: sed quando
non fiunt secundū iuris formā, intelliguntur prohibita: 5
& propter hoc non sortiuntur effectum de iure. †Cla-
rius autē dici potest, q̄ regula loquitur in ijs. quæ sunt
de iure prohibita: sicut euidenter verba ostendunt hic.
& C. de legi. l non dubiū, tamen in his, quæ de iure sunt
prohibita, quędam reperiuntur quorum effectus potest
retractari, id est, ad primum statum reduci, & executio
impediri. prout donationes venditiones, & cæteri con-
tractus, testamenta & similia, & in his propriè procedit
effectus regulæ. †Quædam sunt, quorum effectus non 6
potest retractari. id est, ad primum statum reduci vt ho
micidiū & similia, homo enim mortuus reduci non po
test ad vitam, nisi virtute solius Dei, ad illa non exten-
ditur effectus regulæ. † Item opp. iure cauetur, quod 7 E
sententia E sub conditione ferre non debet, & tamen si
feratur. lata tenet: vt ff. quando app. sit l. j. §. biduum.

†Item relegato ad tempus non debent adimi bona, 8
& tamen si adimantur. tenet ademptio, vt ff. de interd.
& releg l. relegatorum. §. ad tempns. ergo ea, quæ fiunt
contra ius non habentur pro infectis. †Est tamen dicen 9
dum quod vbi simpliciter prohibent iura. & non vltra
progrediuntur, vel progrediuntur solum annulando,
factum contra prohibitionem iuris non valet, & pro in
fecto habetur, vt in l non dubiū C. de leg ff. de tut. l. mu
tuo §. sub conditi. & de test. tut. i. certarū & l. seq. in his
duo ob. casib. ꝓpriè loquitur. & intelligitur regul. sed vbi
vltrà progrediuntur, & tractatur qualiter annulatur dā
do actionē vel exceptionē, vt patet in ijs, quæ dolo. vel
metu fiunt. q̄ fieri non debuit. factū tenet, sed tenere nō
videtur cōsiderato effectu: quia nihil interest vtrū quis
actionē non habet, an habeat eam, quæ possit per excep-
tionē excludi, vt ff. eo. l. nihil interest. Itē cū vltrà ꝓgre-

ditur

ditur confirmando famum illicitè, quod fieri nõ debet factum tenet, vt in l. non dubium. & §. ad tempus. & ff. 1e quando appel. sit. l. §. biduum. & ff. de serijs. l. §. j. † Ra-F tio prædictorum est: quia cum lex vltrà progreditur, sta tur clausulæ speciali. F relicta generali, vt ff. de verbor. oblig leg. doli clausula & de pœnis. l sanctio legum. & de alimen. l. alimenta. § pen. & l. Stichus. Dyn.

ADDITIO.

A Non facto. Adde Barto. in l. cum ij §. eam transactionem, & ibi Bald. post gloss. ff. de transact & gloss. & Barto & Alex. in addi. in l. ob. æs. C. de prædijs minor. & Bar. in l. cùm lex. & ibi Alexand. in addit. ff. de fideiuss.

B Prohibitionem. Vide Dec. in l ambiguis. §. j. nu 4. & seq. ff. eod. F. C.

C Dominium. Adde Dyn. in ca. cum quid. nu. 4. & seq. suprà eod.

D Dicentium. Adde ad dicta hic per Dyn. Barto. col. ij. Bald colum. v. & Saly. in l. non dubium C. del. & aliquid per Felyn. in c. ij. in j no. de testibus. & Abb. in cap. quod ad consu tationē in ij. notab. de re iud. & per Anchar. in c j de const. & Bart. in d. l. cum lex. ff. de fideiuss. & in l. si is qui. colum 17 ff de vsuca. & Cyn. in l. j. C. de hære. act & pulchrè Henric. Boich. in c. ex literis. de spõsal. sed nota quod Dyn. hic omisit vnum scilicet, quando lex imponit pœnam, an statim annullet & infringat actum, vt dicit Barto in l. j ff. de ijs, quæ pro non scrip. quod latius examinat, & ibi Moder. in l. prætor. §. j ff. de noui ope. nunt. & vide, quæ dixi in lib. Cons. Bitur. de matri. § j. col 3.

E Sententia. Adde Bart. & Bald in d l. non dubium. & ibi Alex. in addi. & Bald. & Bart. Bald. & Salyc. in l. cum iudex. C. de senten & interl. om. iud. & Bart. & Ang. in d. §. biduum. & Abb. & Fel. in l quod ad consultationē. in prin. de re iud. & Alex. consi. 83. in vlt. colum. per totum vol iij. & nouissimè Deci. in l. actus. nu mer. 9. ff. eo. adde quod sententia interlocutoria siue definitiua lata expresè contra regulam iuris communis, est nulla

licet

licet reperiantur aliqui caſus excepti,in quibus ſaluari poſſet illa ſententia,ex quo illi caſus ſpeciales non ſunt expreſſi in ſententia vnde ſi iudex interloquitur ſeruũ torquendum eſſe contra dominum ſuum,hæc ſentẽtia eſt nulla.vt eſt gloſſ.in l.ij.ff. de app. recip. Similiter ſi pronunciauit iudex filiumfa.aut minorem xiiij. ann. potuiſſe teſtari.& ideò valere teſtamentum, ſententia eſt nulla.text.& ibi Cyn.Bartol.Bald,& Salyc. in l. ij. C. quando appel.non ſit,licet poſſit ſaluari in peculio caſtrenſi. vel quaſi Similiter videmus in citatione facta vt quis cõpareat die feriato,eſt nulla.niſi exprimatur cauſa ſpecialis, pro tempore illo poſſit procedi, vt not. Inno.in c.prætereà.de dilation.& Bart.in l.ij ff. ſi quis in ius vocatus non ierit.& Matth.de Matth.ſing.8.& quãdo nulla ſit ſententia & caſus in quibus lata contra ius non eſt in ipſo Iure nulla,vide plenè Felyn.in c.per tuas colum iij.de accuſ.& pulchè in c.j.in princip de re iud. vbi ponit.vij.ampliationes & duodecim limitationes.

Speciali.Adde an & quando per ſpecialem clauſulã intelligatur derogatum generali,Dyn.ſuprà eodem.in eod.genere. F. C.

In reg.In pari cauſſa. Argumenta.

1 *Poſſidentis conditio melior eſt in delicto & cauſſa pari.& nu.ſeq.*

2 *Ementibus duobus eandem rem ſeparatim,vter potior.*

3 *Creditor incumbens pignori, præfertur alijs, vbi non conſtat de prioritate temporis.*

4 *Beneficio collata duobus eadem die, potior eſt poſſeſſor.*

5 *Accuſatus,an & quando poſſit obijcere delictum accuſatori.*

6 *Compenſatio quando in delictis locum habeat.*

7 *Dolus præponderat culpæ, & an inuicem compenſentur.*

8 *Culpa quando & cui culpæ præponderet.*

REGV.

REGVLA LXV.

IN pari delicto vel cauſſa potior eſt conditio poſſidentis.

1 †In delicto pari exemplum. ff. de verb. oblig. l. ſi ſeruum §. ſequitur, vbi debitor fuit in culpa leui, & creditor in culpa leui, & ideò melior eſt conditio poſſidentis debitoris, quam creditoris agentis. Item ſunt exempla ff. de dolo. l. ſi duo & ff. de contrah. emp. l. domum, Item in pari cauſſa abſque delicto, melior eſt conditio poſſi-
2 dentis, A †nam ſi duo emerunt eandem rem à diuerſis
A non dominis, melior eſt cõditio poſſidentis, vt ff. de pu-
3 bli. l. ſiue autem. § ſi duobus. †Item ſi duobus obligatur eadē res, & ignoratur cui prius, melior eſt conditio poſ-
4 ſidentis ff. de pigno. l. ſi debitor. †Item B ſi duobus eſt
B conceſſum beneficium eadem die: vni à ſede Apoſtolica vel eius legato, alteri ab ordinario loci. melior eſt condi
C tio poſſidentis, C vt ſupra de præben c. ſi à ſede. lib. vj.
5 †Et circa D materiam huius regulæ multa reperiun-
D tur contraria: ideò ad omnium ſolutionem diſtinguendum videtur hoc ordine quia aut pro puniendo dolum vel culpam agitur criminaliter, vel ciuiliter, & ſi criminaliter, aut eſt idem delictũ accuſatoris & accuſati. aut diuerſum, Si idē repellitur accuſator. quia nil doloſius doloſo C. de libera. cauſ. l. ſi filiũ. & C de teſti. l. quoniã & de hære. l. quoniã. ver. inter ſe. Si diuerſum aut opponitur in modũ accuſationis, aut in modũ exceptionis, ſi in modũ exceptionis tũc auditur opponens antequam nomen eius inter reos fuerit receptum, poſtea verò non auditur, etiam ſi maius crimen opponat, vt ff. de adult. l. ij. §. qui hoc dicit. & §. ſi public. & § extra. & l. ſi maritus. §. præſcriptiones. Si in modum accuſationis, aut de pari, aut minori, vel maiori. Si de maiori. auditur ante.
E quam nomen ſuum ſit ſcriptum inter reos. E vt C. qui accuſa. non poſſ. leg j. poſtea verò nullo modo auditur: etiam de maiori. ff. de public. iudi. l. is qui reus. & ibi not. Si de pari vel minori. nõ auditur. niſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur. vt C. qui accuſ. non poſſ. l.

negan-

neganda.†Si ciuiliter:aut vterq; est in dolo, aut vterq; est in pari culpa,& tunc hinc inde compensantur. siue circa idē siue circa diuersa reperiatur dolus siue culpa. vt ff.solu.matri l.virò,F.& l.cùm mulier.ff.& de dolo.l. si duo.& de eo per quem factum est l.fin.§.sed si stipulator.& de contrah.emp.l.domum & ne quid in loco publi.l.ij §.idem ait. & quod vi aut clàm l. si alius.§.bellissimè & l.vlt.§.si adeanuam & de doli except. l. apud Celsum.§ Marcellus † aut vnus in dolo.& alius in culpa,& tunc si circa idē non fit compensatio:quia dolus præponderat culpæ,G vt ff.ad l. Aquil.l item j.§ fi & l. qui foueas.§ hæc tamen actio.& l si putatur Si circa diuersa,fit compensatio cū teneatur vterq; ad quantitatē vt ff de compensa.l.si ambo.& ibi not † si vnus in lata culpa,alius in leui.præponderat lata quia æquiparatur dolo, vt ff.depos.l.quod Nerua & si mendatum.dixe. l.j.§.lata culpa.& si quis testa.liber esse iussus fuer.l.j.§.non aūt.si alius in leui,alius in leuissima,præponderat leuis circa idem sicut dictum est supra in casu simili.secus circa diuersa,cùm sint inuicem debitores in quantitate:vt ff.cod.l.cùm par delictum Item si vnus in leui in faciendo,alter in negligendo,præponderat leuis in faciendo, ideò non compensatur,nec est melior conditio possidētis,vt plenè not.ff.sol.matr.l.si mora Dynus.

F

7

G

8

ADDITIO

Possidentis.Adde not.commodū possessionis & alia collige per Dy hic & Barto.in l.si inter.ff.de reb.dub.& Bal.in l siue autē.§.si duob.& de publ in l.ordinarij. & l.quoties.vbi Ias & in rep.C.de rei vend.& Fel.in c.ex literis.col.j.de prob.Possessionis quam plurima commoda congressit And.Tiraq.in tract Nobilitat.char 320. A

Idem ait.Iu.eo.in c.qui prior nu.6.& 1P.& in c.cum sunt.nn.8. F. C. B

Possidentis.Adde Soci.in l.colu.iij.versi.& hoc vltimum aliàs inducebam ff.sol.mat.& Dyn. & quæ dico in prima addi.in reg.qui prior.sup.eo.& gl.not in §.q ad pacifi.possess.in verbo nominatorum in Prag Sanct. C

Fely.

Fely. pulchrè in c. capitulum. col. x. versi. de duab. collationibus de rtscrip.

D Et circa. Adde eundem suprà eod. in cap. cum sunt. vbi refert plures notabiles decisiones huc pertinentes. F. C.

Adde quando crimen deductum per viam exceptionis sit punibile. Bar. in l. ij §. si publico ff de adulter & ibi Alex. in addit. & Cyn. & Saly. in l. si magnum. C. qui accusat. non possf & Bal. in l. fin. C. de fide instru. & Ab. & Felyn. c j. colum. ij. circa fin. vers. collige octo excep. vbi ponit octo notabiles conclusiones, & Ludo. Bolog. in d. l. ij si publico in primis interpr.

Adde istum in l. ij. & quod ibi posui in apost. ad eum in vers. sine aliqua except. ff. de except. Flor. in l. notandum. ff. ad l. Aquil. Bal. in addit. ad Spec. in tit. de instru. edi. vers per exceptionem falsi. Aret. plenè in tract. Maleæ. in vers. ad quærelam. colum. j. dixi in apostil. ad Panorm. in cap cum dilectus. numer. xxviij. in ver non puniendum. de ord. cog & Old. cons. lxxviij, vbi ponit multa iura.

E Reos. Adde quando dicatur nomen fuisse interreos receptum gloss. in §. præscriptiones & Bart. in l. adulterij, C de adulter. Bald. & Salyc. in l. ganda. C. qui accu. non possf. Alex. in l. cum mulier colum. j ff. sol. mat. & glo. Bar. & Io. de Imol. & Alex. in addi. ad Bar. in l. is, qui col. 3. de pub. iud. & Bal. l. j, col. 17. C qui accusa. non possunt.

F L. verò. Adde ibi Cyn. Bal. Bart & Roman. in l. cum mulier. & singulariter Alex ff sol. mat. & Inno. & Abb. in c. intellexi mus colum. vlt. de adult. quādo paria delicta mutua compensatione tolluntur. & per g o. Abb. & Fely in c. dilecti. colum. ij. de excep. & Aret. in. g. inst. de excep. in prin. colum. xiij. vers est nunc hic omninò videndum. & Ioan de Imol. in d l. cum mulier. & Spec. tit. de except. §. fin. & quæ dixi in quodam consil. j. in ordine post. trac Cons. Biturigum posito colum. viij Etran accusatus possit suum accusatorem reaccusare, vide ibi per Doct. & amplè Bar. & Imol. in l. is qui ff. de pub. iu.

& Cyn.

& Cyn. Bald. & Salyc. in d. l. j. & l. neganda. C. qui accusa. non pos.

Adde, an & quando paria delicta mutua compensatione, &c. Panor. in c. intelleximus. nu. 5. & post Inn. ibi col. j in gl. sua in versi. paria. de adul. & dixi post eundē Panor. in c. j. nu. j. in versi. mutua compensatione. de in iur. & not Soc. in tract. fal. regu. 86. & Signorel. de Hom. consi. 1. & consi. 70.

Culpæ. Adde quandn dolus præponderet culpæ. Do. G ctor. sup. in præceden. apostil. allegatos. & Alexan. consi. 77. col. ij. in fin. & seq. lib. iij.

In Reg. Cùm non stat.

Argumenta.

1 *Conditio pro impleta habetur, si per eum impediatur, cui impleri debet.*

2 *Conditio quando pro impleta habeatur, & nu. seq.*

6 *Legatum præsumitur relictum contemplatione legatarij.*

REG. LXVI.

CVM non stat per eum ad quem pertinet, quo minus conditio impleatur, haberi debet perinde ac si impleta fuisset.

Hæc reg. A debet per omnia intelligi & exponi si- A
ent intelligitur & exponitur ff. eo. l in iure ciuili, & de
verbor obligatio. l. in executione. §. fin. †vt ecce si testa- 1
tor legat mihi fundum sub conditione, si decē dedero
hæredi, & per hæredem stat quo minus recipiat, condi-
tio pro impleta debet haberi: vt C. de cond. infer. l. fi. &
ff. de statu lib. l. iij. in prin. & §. fin. Item si testator insti-
tuat me hæredem sub conditione, si decem Titio dede-
ro, qui Titius erat futurus hæres ab intestato. Nam si
per Titium stat quo minus recipiat, habetur conditio
pro impleta vt ff. de cond. instit. l. si ita hæres. Item si
stipulor à te decem. si ascendero Capitolium, & per
testat quominus ascendam, habetur conditio pro im-

a pleta, vt d.l. in executione.§ fin. & l. in iure ciuili. † Sed opponitur, & videtur quod conditio non habeatur pro impleta, licet is q. implere debuerit impediatur implere, vt ff. de condit. & demonstratione l. quibus diebus in princip. Sed multum refert vtrum impediatur per eum cuius intererat non impleri: vt quia futurus erat obligatus conditione impleta vel erat amissurus rē suam, vel hæreditatem non habiturus, quam alius habuisset conditione impleta, & tunc locum habet regula

B B cū iuribus supradictis: sed si per eum cuius non interat non impleri, non habetur pro impleta, vt l. contraria C. de cond. infer. l. fin. ff. ad leg. Aqui. l. inde Neratius.§ Idem Iulianus. † Sed oppon. & videtur quòd licet stet per eum cuius intererat, non impleri, non habetur pro impleta: quia si testator legat decem liberto suo sub conditione, si cum filio steterit, & filius moriatur: & sic per eum, seu per casum in personam eius contingentem, stat quo minus conditio non impleatur, relictum non debetur vt ff. de annu. lega. l. Seio in prin & de conditio. & demonst. l. illis libertis. Sed dicendum est multum referre † vtrum stet per eum id est, perfectum eius, siue per impedimētum ab eo præstitum: & tunc simpliciter verum est: quia habetur conditio pro impleta, & ita loquitur regula. & de leg. iij. l. qui concubinam. §. v. xori. & de alimen. leg. l. Mæuia in prin & d.l in iure ciuili, & C. de cond. infer. l. fi. † An per casum in personam eius contingentem: & tunc locum habet quod dicitur in l. contraria, quia tunc distinguitur: nam an tunc erat relictum contemplatione eius in cuius persona erat conditio implenda, aut fauore eius cui relinquitur, aut dubitatur. Primo casu relictum non debetur post casum in personam eius contingentem, vt d. l. Seio. in princip. & de condit. & demonstratione l. illis libertis in fine. Secundo casu debetur de annuis leg. l. annua. in princip. † Tertio casu relictum debetur, quasi in

C C potius relictum. si ex veritate vel coniecturis aliud non appareat, & ideò legatum debetur. ff. de alimen. leg.

leg.l.Caio.§.Imperator &C.de leg.j.l.& d. l.illis liber-
tis in fin.†Item opp.& videtur quod hæc regula ſit ſu- 7
perflua.cùm idem contineat ſuprà eo.c.imputari.& i-
deò non ponenda.C.de no.Cod.compo l.j. §. quibus &
ff.vt leg.no ca.l.hæc ſtipulatio.§. diuus. Sed dicendum
eſt ſine dubio.†quod hæc regula & illa loquuntur in cõ
ditione poteſtatiua:ſed illa loquitur propriè quando
impeditur per caſum conditionem implere:hæc autem
loquitur quando impeditur per eum cuius intererat
conditionem non impleri.& ideò vna per aliam non eſ-
ſe ſuperuacua. Præterea circa hanc materiam dicendũ
eſt:quod ibi in c.imputari.plenius diſting uendum, nã
hæc & illa, intelligi poſſunt in vna ſpecie conditionis
mixtæ.id eſt,quæ pendet ex facto implentis & alterius:
ſed magis propriè in poteſtatiua procedunt. Dyn.

ADDITIO.

Regula ad pleniorem intelligentiam huius materiæ A
videndus eſt Dec.in l.in iure ff. eod. & Dyn. in regula
imputari.ſuprà eod, F. C.

Regula.Adde Bart.in ſua diſpu.incip. Peruſiæ ciui- B
tatis,& in conſi. cxxxiij. & quæ dixi ſupra in reg.impu-
tari,in ſecunda addit.& Bar.Imol. Alex.& ff Soci. in l,
in teſtamento.in ij.ff.de cond.& demonſt.& Ang.in l.
j.C.de inſti.& ſubſti.& Bart.Soci.de Senis in l.iure ciuili.
& l.quibus diebus.in prin.ff.de cond. & demonſt. A-
lex.conſi.cij ij.colum.in princ. vol.j, & latius in conſi.
49. col. ij.ver.ij.in vol.ij.& Bart.in l. vter,' ex fratribus.
ff.de cond.inſtit.& pulchrè Henric. Boich.in c. ſicut ex
literis.& ibi Præp.Mediol.de ſponſ.

Contemplationem. Hinc eſt quod in legatis diſiun C
ctiuis electio in dubio eſt legatarij, licet regulariter ſit
debitoris.l.Lucio.ff.de leg.ij. Dynum tamen reprobat
Bart.in d.§ Imperator.& in d.l.illis.

In Reg.Quod alicui.

Argumenta.

1 *Decurio prædia publica nomine proprio ſicut colere nequit*
ſic nec alieno.

2 *Tutor nec suo nec alieno nomine rem pupilli potest emere,*
3 *Furiosus per alium potest acquirere, licet non per se.*
4 *Facere qui nequit per se, quando possit per alium.*
5 *Facere quod quis non potest, vt ipse, an & quando possit efficere tanquam alius.*
6 *Libertus nomine alieno patronum in ius vocare potest proprio non potest.*

REG. LXVII.

QVOD alicui suo non licet nomine nec alieno licebit.

1 †Sicut decurio non potest suo nomine proprio prædia publica colere, ita nec licet subiectis aliorum nominibus vt ff. de admi. rer. ad ciui. perti. l. ij §. j. A †Item sicut non licet tutori emere rem pupilli suo proprio nomine: ita nec per interpositam personā licebit: vt ff. de auctor. tut l. pupillus. §. sed si per interpositam. & ad prædictorum confirmationem accedat. ff de contrahend. empt. l. non licet, C. de hæred. inst. l. neque, & ff de vsuca. l. Labeo. §. sed cum, cum multis similibus. Sed opp. & videtur quod illud quod non licet per
3 se, liceat per alium. †Furiosus enim non potest acquirere rem per se, & tamen potest per alium, vt. ff. de acquir. poss. l j. §. item acquiremus. & ad idem accedat. ff. quæ res pig. obligar. poss. l. Aristo. & de bono. possess. contra tabul. l. iij. § planè. ij & l non putauit. §. si exhæredatus. Dicendum est, quod illud generale non repe-
4 titur solutum tripliciter. Vno modo quod ista sit regula, & cætera sunt specialia. †Secundo, quod quis non potest per se, nec per alium à se submissum, sed per alium à se non submissum potest. & hæ duæ solutiones tradūtur in l. his enim casibus. ff. de furt. Tertio modo dicisolet. quod aut aliquis impeditur per se ratione delicti, à persona cōmissi, aut ratione rei aut mixta ratione rei & personæ, aut ratione defectus intelligentiæ. Primus tribus casib. locum habet regula, quarto casu habet locum lex contraria, sicut soluitur ff. de vsu cap. l Labeo. & de acquirend. hæredita. l. Antistius, §. fin. Secundo potest intel-

ntelligi regula, magis propriè verbis consideratis, vide licet vt † quod non licet alicui facere suo proprio nomi ne, non liceat alieno, siue sub colore nominis alterius 5
Verbi gratia, sicut non licet tutori inquietare pupillum suo nomine proprio, ita nec licebit nomine alterius: vt si habeat ab alio iura cessa contra pupillum. nam non licebit sibi sub nomine alterius pupillum inquietare, vt in auth. vtij. qui ob se ha. § quod si quis, sed tunc est contra regulam manifestè. ff. de in ius voc. l. quæsitum.
† vbi licet patronum in ius vocare nomine alieno. & ta 6
men non liceret nomine proprio. sed regula videtur intelligenda, cum faciendum nomine alterius tenderet ad eundē effectum, quem consequeretur faciendo nomine proprio. cum autem non ad eundem, sed ad diuersum pertinet effectum, tunc locum habet lex contraria, Dyn.

ADDITIO.

L. ij. §. j. Adde ad istam regulam & seq. & etiam reg. A
qui facit per alium. gloss. sig. in d. l. ij. §. j. ff. de admi. rer. ad cui. pert. hic alleg. & Dyn. infra in reg. vlt. & Bart. & Doct. in l. hæreditariæ. ff. de furt. cum l. seq. & Bart. in l. Labeo. §. j. ff. de vsucap. & Bald. & Doct. in l. neque C. de hære. inst. Et quando tutor per se vel interpositam personam possit emere rem pupilli, vide Bald. in d. §. sed si per interpositam personam, & in l. cum ipse. & ibi Cyn. & Salyc. C. de contrahend. empt. & vide hic Ioan. Andr. in Mercuriali. & Philip. Franc.

Adde omninò quod notaui in aposti. ad gloss. in l. si is qui in aposti. in ver quod per me non possum. posita in gloss. in ver. et ille. ff. de libe. leg. dixi in aposti. ad Card. in clem. j §. j. in princip. de regula, not. Card. Alex. in c. sicut non suo. 46. distinct. & Card. de Zab. in clem. fin. de censi. & inquantum hic tangit materiam tutoris, an quando et qualiter possit cum pupillo contrahere, vide omninò Gerar. de Petra sancta sing. l. 7. in cip. qualiter tuto.

In Regul. Potest quis.

Argumenta.

1 *Facere potest quis per alium, quæ per seipsum potuit.*
2 *Litigare in causis publicis potest quis per se, non autem per alium.*
3 *Illustres per se litigare nequeunt, per procutorem poterunt.*
- *Litigare per se licet in actione populari, non autem per procuratorem.*
4 *Violentum per se licet expellere, non per alium.*
5 *Emphyteutam per possessionem inducere quis potest per se, non per alium.*
6 *Facere quæ quis potest per se, per alium non potest.*

REG. LXVIII.

POtest quis per alium, quod potest facere per seipsum,

† Sicut possum per me emere, vendere, locare, conducere, litigare, ita possum per alium ff. de procur. l. j. §. vsus autem, & de iniur. l. sed si vnius. §. idem Iulianus. & §. idem ait. & Instit. per quas person. age. poss §. j.

A Sed contra A regulam videtur, quia in causis publicis licet per se litigare, non per procuratorem: vt ff. de publi. iudi. l. penul. §. ad crimen. B. † Item quia illustribus licet litigare per procutores, non per se. vt C. de procurato l. pen. Item in actione populari, licet per se litigare, non per procuratorem, nisi quatenus actio ad priuatum commodum pertinet. ff. de procurator. l. licet in princip. & de popu. l. qui populari. † Item licet per se violentum sine aliquo de possessione expellere, & non per procuratorem. ff. de vi & vi arm. l. cum fundum, † Item licet per se emphyteutam nouum in possessionem inducere, veteri deiecto, non per procuratorem. C. de iure emphyteut. l. fin. §. penult. Sed dicendum C. est omnia supra dicta specialia esse, regulam verò generaliter obtinere in iudicio & extra iudicium, vt d. l. j. §. penultim. ff. de procurator. & ibi no. †

not. †restringi autem debet hæc regula ad ea quæ possunt per alium explicari: in ijs autem quæ per alium explicari non possunt, non procedit regulæ effectus. vt arg. C. de cad. tol. §. ne autem. & ff. de sol. l. inter artifices. & not. de vi & vi arm. l. j §. deiecisse, v er. sed & si cùm quis Dynus.

ADDITIO.

Contra. Vide ad hanc regul. Dyn. in c. fin. nu. vj. & seq. infra eod. & addit positam suprà in proxima regu. At quid differat reg. ista ab illa quæ est in cap. qui facit in eod. vide Dyn. in fin. F. C. A

§. ad crimen. Adde ibi Bart. Bened de Plum. in rep. & Imol. quando & in quo art. in criminalibus admittatur procurator. & Bald. consi. cvj. col. ij. quæritur. vol. j. & pulchrè Alex. in consi. cxvj. in princ. li. ij. Bal. & Salye. in l. reos C. de accus. & Ludou Bolog. in l. præses. C. ad leg. Fal. de plag. in secundis interpret. & Felyn. latissimè in c. meminimus col. iiij. & v. de accus. & Ro. in cons. 152. & seq. & Cepol. in caut 255. & cix. & 66. & in cons. 72. in j. col. & in cons. l. & Calder. in cons ij. tit. de procu. B

Adde in quantũ hic tangit muter. procura. an in causis criminalib. possit interuenire, vide Cors. singu. suis. in ver. procur. versi. potest quis Fely. in cap. meminimus col. 3. ver. not. ibi excusare de accu. Bart. Soci. in tract. fallent. reg. 322. vbi ponit 17 fallent. Paris de puteo in suo tract. Synd. ver. procur. & Grat. de Petra sencta sing. 57. in cip. ferè per totã Italiã, & ibi dat cautelam q̃ possit, &c.

Adde quod licet in caussa criminali regulariter non admittatur procurator, eo tamen admisso, iudicium valet, gloss. in l. quãuis C. de adult. & in c. j. de iud. hoc li. & ibi per Doct. & latè per Abb. in c. veniens. extra. de accu. & Cepol. caut. cclij.

Dicendũ. Adde & not. quæ sunt illa quæ possum per me & nõ per aliũ, pura q̃ procu. tex. & ibi Bart in l. cum miles secundũ vtramq; lect. ff. de ali. iud. mut. causs. fac. vbi est sing. casus in quo quis cogitur p̃sonaliter agere, vel defendere, & Bal. in l. 2. C. de ijs q̃ vẽ. æta. impet. & Bal. in l. j. §. pen. ff. de procurato. & Innocẽt. & Abb. in c. C

querelam. de procurator. Barto. & Bald. in l. Aristo. ff. quæ res pign. vel hypo. ob. lig. & sign. Ioan. de Plat. in l. nullus qui. C. de decur. lib. x.

In Regul. In malis.

Argumenta.

1 *Promittens illicitum non obligatur.*
2 *Promittens decem dolo ductus, an teneatur.*
3 *Promissum malum dupliciter intelligi potest.*

REG. LXIX.

IN malis promissis fidem non expedit obseruari.

1 †Si promitto tibi occidere hominem vel committere furtum, vel simoniam. vel aliquid turpe, non expedit fidem seruari, A cùm promissum ipso iure non teneat, vt ff. de verborum obligatione. l. generaliter. & l. veluti. & l. stipulatio hoc modo, & l. si plagij. & de fideiuss. l. si à reo. § id quod vulgo. Sed oppon. & videtur, quod etiam in malis promissis fidem conueniat obseruari, licet de æquitate detur exceptio. † nam si induco te per dolum vel metum vt mihi decem promittas, promissio valet licet agenti ex promissione obstet exceptio doli vel metus. B. vt C. de inutil. stipula. l. dol. ff de verb. obli. l. si quis cum aliter. Sed dicendum quod malum promissum dupliciter C sumitur. †Nam vno modo dicitur malum, id est super re mala, vel turpi, seu turpitudinem continente interpositum, & illud non expedit obseruari, quia ipso iure non tenet. ff. de pact. l. iurisg. §. & generaliter Et de verbo. oblig. l. general. & l. veluti & l. stipu hoc modo. & l. si plagij. & l. si stipula. & insti. de inutil. stipul. §. quod turpi. Secundo modo dicitur malum promissum, id est malè conceptum, quia interueniente dolo vel metu, & tunc licet promissio teneat de iuris rigore, non expedit fidē seruari, quia promissori datur exceptio. vt d. l si quis cũ aliter. & l. si dolo. nihil enim interest, vtrũ quis non habeat ipso iure actionē, vel possit per exceptionē excludi. vt ff. eo. l. nihil.

ADDI-

ADDITIO.

Seruari. Etiam si interuenerit iuramentũ, vt per Dy. in c. non est. su prà eod. F. C. A

Metus. Adde an dolus in aliquo actu adhibitus, illum vitiet ipso iure vel mediante exceptione. Ias. in §. actionum. in gl. in versi in bonæ fidei versi. in eadem glo. ibi Instit. de actio. F. C. B

Dupliciter. Adde gl. Christo. Por. & ibi Ias. in addit. in §. quod ex turpi. Inst. de inut. stipul. & ibi Aret. Bart. Paul. de Cast. & Ale. in l. si plagij. ff. de verb. obl. & Cyn. Bal. & Sal. in l. ij. C. quod metus cau. & Bal. in l. j. col. ij. in fin. C. de cond. ob turp. cau. & Ioan. And. in reg. non est obligatorium sup. eo. tit. & per totum. xxij. q. 4. & Io. Fab. in §. si Inst. de leg. vbi dicunt Doct. quod promissio potest dici turpis trib. mod. & vide Ale. in consi. v. incip. prætermittendum est, lib. 4. in Consi. clij. incip. quando pro delicto vol. ij. & Alex. in addi. ad Bar. in l. dolo. C. de inut. stip. qui ponit tres limita. & vide Ab. & dom. And. in c. inter dilectos de don. & Cepo. in caut. 242. d. cccvj. C

In reg. In alternatiuis.

Argumenta.

1 *Promittens duo alternatiuè, vtrum volet soluere poterit.*
2 *Alternatiuè sufficit alteram partem adimpleri. & num. 8.*
3 *Debitoris est electio in contractibus disiunctiuis.*
4 *Hæredis an sit electio in legatis alternatiuis, an legatarij.*
5 *Alternatiua affirmatiuè concepta quo differat ab ea, quæ negatiuè concipitur.*
6 *Orationum tres species.*
7 *Copulatiua requirit concursum vtriusque partis.*
9 *Soluta quando æquipolleat copulatiuæ, & quando disiunctiuæ.*
10 *Soluta est species orationis distincta à coniuncta & disiuncta.*

REGVLA LXX.

IN alternatiuis debitoris est electio, & sufficit alterum adimpleri.

Duo dicuntur in hoc c. & ideò duæ regulæ dici poſſunt, *licet enim vtraq; de debito alternatiuo loquatur, prima tamen tractat de iure electionis, ad quem pertineat: vtrum ad debitorem vel ad creditorem, ſecun-*
1 *da verò de alternatiuæ obligationis effectu. Exemplum autem regulæ primæ patet cuilibet.* † Nam ſi promitto tibi Strichum aut Pamphilium, electio eſt mea, quē eorum ſoluere velim. ff. de iure dot. l. plerunq; in fin. & de eo. quod cert. loc. l. non vtiq; in prin. verſ. & ideò qui
2 Stichum. & de condit. inſtit. l ſi hæred. † Itē ſi ſoluo Strichum, non teneor ſoluere Pamphylum, quia ſufficiat alterum adimpleri. ff. de condit. & demonſt. l. cùm pupillus. §. vlt. & de verb. oblig. l. ſi ita quis ſtipuletur. Sed oppon quòd in alternatiua non ſit electio debitoris quia iure cauetur, quod ſi teſtator alternatiuè legat fundum Seianum, aut vſumfructum fundi Seiani: eſt electio legatarij. & non hæredis, vt ff. de leg. ij. l. Lucio. *Quidam ſimpliciter dicunt, quod aliud eſt in legatis, & aliud in contractibus, quòd ſimpliciter dictum eſt falſum, quia in legatis alternatiuè relictis, eſt inuenire, quod eſt electio hæredis, non legatarij.* ff. de le. ij. ſi ita relictum, §.
3 vlt. † & ideò latius A & melius dicitur, q̄ in contractib.
A alter negatiuè conceptis ſemper eſt electio debitoris, vt d. l. plerunque & l. non vtiq; in prin. verſ. & ideò qui Sti-
4 chum. † In legatis verò diſtinguo, aut verba diriguntur ad hæredem, aut ad legatariū aut ſimpliciter proferuntur, Primò caſu eſt electio hæredis, quia ſi teſtator dicit Dato talem rem aut illam, videtur electionem hæredi concedere, vt l. ſi ita relictum. in fi. Secundo caſu eſt electio legatarij: quia cū teſtator dicit. Habeto tibi aut vendicato tibi illam rē aut illam, videtur eligendi poteſtatē concedere legatario. vt ff. de l, j. planè. §. vlt. In tertio caſu eſt electio legatarij cum in vltimis volūtatib. plenius quam in contractib. interpretari oporteat. ff. de leg. ij. l. Lucio Titio & ibi plenè not. Ad ſecundam partē oppo.
B & videtur, quod non ſufficiat alterū adimpleri. B ſed oporteat alterum non adimpleri. ff. de verb. obl. l. ſi quis
5 ita in fi. † Sed dicendū eſt referre inter alternatiuā affir-

mati.

matiuam & alternatiuam, negatiuã: quia in affirmatiua sufficit alterum fieri, vt hic: in negatiua oportet alterum non fieri. tamen idem est in vtraq; si consideretur effectus, quia in affirmatiua sufficit alterũ affirmatiuè, in negatiua sufficit alterũ in negatiuè, & ideò non est contrariũ, sed conueniens verbis regulæ Itẽ opp. & videtur, q̃ vbi verba non sunt coniuncta, non sufficit alterũ adimpleri, ff. de ver. sig. l. triplici. §. videamus. † Sed dicendum est, q̃ tres sunt orationũ species. C Nã quædã sunt coninnctæ. id est, quæ aliquam coniunctionem copulatiuã habent, quædam disiunctiuæ, quæ habent aliquam disiunctiuã, quædam solutæ, quæ nec disiunctiuam nec copulatiuã coniunctionẽ habent. † Natura copulatiuę requirit omnia simul vera. ff. de verb. obl. l. si q̃s ita, & de condi. instit. l. si hæredi plures. † natura verò disiunctiuæ alterũ tantum, vt hic, & ff. iud. sol. l. cũ quærebatur. & de condi. & demon. l. cũ pupillus. §. disiuncti uo † soluta verò ex mente eorea pronunciantis aliquãdo æquipollet copulatiuæ aliquando disiunctiuæ. vt ff. de verb. sig. l. alienationis. §. fi. si de mente nõ appareat, accipitur pro copulatiua. vt d. l. triplici videamus licet arg. contra. ff. de reg. iur. l. in eo. quod §. vbi verba. Sed in §. videamus, cõsiderauit D dubium signifi. solutæ & in §. vbi verba considerauit effectũ significationis, ex eo, q̃ in obscuris nimium est sequend sup. eo. c. in obscuris, † est ergo soluta per se species orationis distinctaà cõiuncta & disiuncta. Itẽ aliter significat: quia copulatiua copulatiuæ, disiunctiua disiunctiuæ soluta solutæ, sed effectus significationis non distinguitur à significato copulatiuæ, quæ requirit vtrunq;, vel disiunctiuæ, quæ requirit alterum, quia semper effectus significationis solutæ, vel repræsentat vtrunq;. vt copulatiua, vel alterũ tantum, vt disiunctiua. habet igitur soluta distinctam & propriam speciem significandi, sed non effectum significati extra seipsam. Dyn.

6 C

7

8

9 D

10

ADDITIO.

Latius. Adde cuius sit electio in contractib. & legati, alternatiuis, Bald. & Doct. in l. planè. § penult. ff. de leg. j. &

j & Cyn. Bald. & Salyc. in l. cùm quidam C. de leg. & A. lex. in l. qui duos. col j. ff. de leg. j. & ibi vide quid in gratijs & beneficijs. & Ioan. Fab. Ang. Aret. & Iaſ. Inſtit. de actio. §. huic autem. & ibi Bald. Bart. in d. l. Lucio ff. de legat. ij. Henri. Boich. in c. conſil. de plus petit. & in c. indicante. de teſtam. & vide gl. in c. j. de colla. ſuper verbo. aut ſemel fol. 17. in Pragmen. Sanct. & Abb. & Fely. am plè in c. inter cæteras. col. ij. de reſcrip. vbi ponit Fel. reg. cum x. fallent & x. reſtitutionibus. & vide Ludo. de vrbe in conſil. 279. & Ludou. Bolog. in l. ſi is cui. ff. de leg. ij. in ſuis ſecundis interpretat. & in l. iij. verſi. & ideò qui Stichum ff. de eo. quod cert. loc. & Alexan in addit. Bart. in l. quamuis. ff. de pignor action. & in l. ſi quis ſtipulatus col. j. ff. de verbor. oblig. & Bald. in conſi. 43. vol. j.

B Adimpleri. Adde quando ad veritatem alternatiuæ ſufficiat vnam partem eſſe veram, Baldus, Cynus, & Salyc. in d. l. cum quidam de leg. & Bal. in l. ij. C. de obſeq. & Bart. in l. pediculis. §. argento. ff. de auro. & argen. leg. & in l. ſi is qui §. vtrum. ff. de rebus dubijs. & Fely. in c. inter cæteres. col. vltim. de reſcip. vbi ponit regu. cum v. fallent.

C Species. Adde de orationis copulatiuæ diſiunctiuæ & ſolutiuæ tex. ſingul. & ibi gl & Doct in l. ſæpe. ff. de verb ſignificatione. & de Roman. ſing 420. incip. tu habes l. cum quidam. de quo vide, quod notaui in l. ſi is qui. §. vtrum ita in apoſt. ſuper gl. in verb. vtrum. ff. de reb. dub. Dixi poſt. Bar ibid. in apoſt. in verſ. ſtat prope poſt. Alex. et alios et in addit. ad Ioan. Fab. Inſtit. de Iure perſon in priori nu. 1. in verſ. diſiunctiua et dixi in apoſt. ad Bald. in l. cum proponas. nu. 3. verſ. exceptio alternatiua. C. de tranſact.

D Conſiderauit. Aliter reſpondet Dec. in eo. §. vbi. ff. eo. vbi videndum de materia huius reg. F. C.

In Reg. Qui ad agendum. Argumenta.

1 *Agere qui poteſt, excipere multò magis poterit.*

2 Exiſt.

2 *Excipiens de dominio quando non audiatur ante restitutionem possessionis.*

3 *Exceptio dominij non excludit interdictum recuperandæ possessionis.*

4 *Possessor clandestinus an excipere possit de iure dominij contra actorem.*

5 *Violenta clandestina possessio an æquiparentur.*

6 *Conductor possessionem locatori restituere cogitur ante omnia.*

7 *Spoliare dicitur conductor, qui recusat rem conductam reddere.*

8 *Negans se possidere, convictus demendacio cogitur transferre possessionem in aduersarium, nec prius auditur super dominio.*

9 *Sententia lata in petitorio an pareat exceptionem rei iudicatæ in possessorio, & econuerso.* 10.

REGVLA LXXI.

QVi ad agendum admittitur, est ad excipiendum multò magis admittendus.

†Sicut superficiarius & emphyteuta & quicunque alius habens dominium vtile posset agere contra dominium vtile actione in rem. Ita si ab eo conueniatur, multò magis excipere A poterit, vt ff. de superfic. l. j. §. quod autem & de regul iuris. l. inuitus. §. cui damnus, cùm facilior sit caussa concedendi exceptionem, quam actionẽ ex eo, quia fauorabiliores sunt rei, quam actores: vt in regula iuris. & ex eo quod faciliores sumus ad absoluendum, quam ad obligãdum, vt ff. de act. & oblig. l. Arrianus & de pœnis, l. absentẽ. Sed opponitur & videtur, q̃ qui admittitur ad agendũ, nõ audiatur volens excipere C de agricol. & censi. l. si coloni, & si per vim vel alio modo. l. j. & ad legem Iul. de vi. l. si quis ad se fundum. B Sed †dicendum est, quod illæ leges locum habent in iudicijs recuperandæ possessionis, in quibus excipiens de dominio

dominio non auditur, nisi primo possessionem restituat, cum spoliatum ante omnia restitui oporteat, hæc autem regula alias obtinet generaliter in quibuslibet iudiC cijs generalibus, C vt dictum est supra, in c. dolo. superfluum enim videtur dicere, quod is qui possessorem spoliauit possit opponere de dominio, quod spoliando amittere meruit vt C. vnde vi. si quis in tantam Et propterea Glossatores Iuris ciuilis satis enormiter errasse videntur in eo, quod scribunt ff. de iudic l. si de vi, vbi di-
3 cunt, †quod exceptio dominij excludit interdictum recuperandæ possessionis. Postea contrarium eius notauerunt. ff. de vi & vi arma. l. j. §. j. & de verb. sig. l. mulieris, §. j. & de vsuc. l. sequitur. §. si dominus, quod videtur ma-
4 gis proximum veritati. Sed †an his qui habet possessionem clandestinam possit contra actorem excipere de iu-
5 re dominij dubitatio est, † quia iura videntur velle, q violenta & clandestina æquipolleant, sicut ergo non licet habenti violentam possessionem excipere de dominio, vt dictum est, ita nec licet excipere habenti clandestinã. vt ff quod vi aut clam. l. j. §. j. & ad l. Fal. de plag. l. cum. qui fugitiuum Sed mihi videtur, quod longe improbitor sit causa illius, qui habet violentam, qua illius qui habet clandestinam. arg. ff. de furt. l. si vendidero. §. cùm raptor, & ideò habens clandestinam possit excipere de iure dominij argum. C. de probat. l. vis eius. Item
D videtur obstare regulæ C. loca. l. si quis conductionis D
6 vbi conductor cogitur restituere locatori possessionem, licet conductor paratus sit probare se, dominum. Sed il-
7 lud contingit, †quia quædã species spoliationis esset, si locatori denegaretur possessionis restitutio, vt ff de precar. l. vlt. Et ideò non auditur conductor volens se probare dominiũ, nisi primò restituat possessionem, vt d. l. si
8 per vim. vel alio modo. Itẽ videtur obstare regulæ illud quod legitur in aut. de trien. & semis. §. illud quoq; vbi ille qui negauit se possidere, cogitur in aduersarium possessionem transferre, E licet paratus sit probare se domi-
E num. Sed illud contingit in , œnam mendacij, vt in eo. aut. §. studium verò. ff. de rei vend. l. fi. C. de non numer.

pecu-

pecu. auth. contrà, qui propriã, & qui potior, in pig. hab. auth. item possessor. Quæri†autem posset, vtrum sentẽ- 9
tia lata in iudicio possessorio pariat exceptionem rei iu
dicatæ in iudicio petitorio? Et videtur quod non, quia
separata est, caussa possessionis & proprietatis. ff. de acq.
possess. l. naturaliter. §. nihil Fin l. pen. vnde qua ratio- F
ne lata sententia in possessorio non parit exceptionem
rei iudicatæ in petitorio. ff. de excep. rei iud. l. ij. & l. &
in eadem §. vlt. Eadem ratione lata in petitorio parere
non debet exceptionem rei iudicatæ in possessorio, &
memini quod not. ff. de interdictis. l. ij. §. quædam, q
sententia lata in petitorio absorbet ius in possessorio, &
contrarium huic declaratur, C. de interdictis. l. incerti.
†Et propter hoc mihi videtur distinguendum esse, quia 10
si tale est possessorium, quod excluditur per exceptionẽ
dominij, vt est possessorium adipiscendæ & retinendæ
possessionis, tunc sentẽtia lata in petitorio nocet in pos-
sessorio. Et ita intelligitur, quod not. in d. §. quædam, sed
si tale esset possessorium, quod non excluderetur per ex
ceptionem Dominij, vt possessorium recuperandæ pos-
sessionis, vt supra ostensum est, tunc lata in petitorio
nõ præiudicat in possessorio, ita intelligitur, quod not.
in l. incerti, C. de interdictis.

ADDITIO.

Excipere. Adde regulam non procedere vbicunque A
subest ratio diuersitatis, quare agi permittendũ sit, excei
pi autẽ non. c. debitores. de iureiu. Nec quando actio &
exceptio tendunt ad diuersos fines. ex quibus duab. li-
mitationib. tolluntur omnes opp. Dyni hic, vt latius de
ducit. Deci. in l. inuitus. §. cui. ff. cod. F. C.

L. si quis ad se. Adde ibi Bar. Bal. & Sal. Bal. & Cy. in l. B
vis. C. de probat. Bart. Bald. & Alex. in l. si alienam. ff.
solu. matr. & Innoc in c. bonæ, de postul. præla. quando
spoliato per violentum possessorem conuentum rei vẽ-
dic. possit referri caussa dominij. & Bald. in l. ij. in quæst.
xiij. C. de seruit. & aqua, & Doctor. in c. cùm dilectus. de
ord. cogn. & Lud. Rom. in consi. ccxv. & Bald. in l. pen.
C. vnde vi, Bart. & Alexan. in l. si quis conductionis. C.

loc. &

loc. & Bal. in c. in literis in princ. de restit. spol.

Generalibus. Adde quod Bart. in consi. 81. col. j in fi. dicit. Dyn. hic & in l. 2. §. quidam, ff de interdi. non benè dicere, quod exceptio dominij potest opponi agenti interdicto vti possidetis, reintendæ seu deturbata possessione, vt tenet in vltim. q. hic: quia secundum veram opinionem non potest opponi exceptio dominij sicut in interdicto recuperandæ, & vide Bart. in sua quæst. incip. Lupus fuit captus, col. j. & v. & in l. naturaliter. §. nihil commune. colum. ij. versi. iij contra prædictam & ibi I. mol. Alex. & Doct, infra in j. addit. alleg. & Old. de Lau. consi. j. in fin. & Alex. in consi. xciiij. col. ij. versi. pro hoc quia lib. 4. & Card. Alex in c. in nomine Domini xxiij. dist. col. vj. versic gl. in ver. gremio. & tex. Abb. & Cardi.

D in c. constitutus. de appellat.

L. si quis condictionis. Adde quando conductor possit referre quæstionem dominij locatori, Cyn. Bartol. Bald & Saly. in l. si quis conductionis C. loc. & quæ not. Ioan. And. in c. licet episcopus supra de præben. eo. lib. & Bart. & Alex. in l. commodare. ff commod. vbi vide etiam de cõmodatario, depositario & creditore, & Bar. Bald. Alex. & Franc. Aret. in d. l. si alienam. ff. sol. mat. & Bal. consi. 244 vol. j. & Alex. in consi. v. col. vlt. in fi. lib. 4 & in consi. 44. col. ij ver. accedit etiam cod. vol. glo. & Doct. in c. inter dilectos. in fi. insuper verbo, locatio & ibi Felyn. col. x de fide instr. Ego puto, quod si vult incõtinenti probare se dominum rei conductæ, debeat audiri. per ea quæ not. Bart. & Ioan. de Imol in l. si filio. §. fi. versic idem dicit Bart. col. ij. vbi etiam Alex. col. 4. versi. per hoc etiam dicebat singulariter. ff sol. matr. not. Ias. in l. quoties. col. lxv. C. de rei vend.

E Transferre. Adde eundem supra in ca. nullus, *nu. 5. in* c. qui prior. num. 8. vbi retuli Ias. plenius hoc declarantem in §. j. col. xv. versi. vnum etiam in stit. de actionibus. F. C.

F †Nihil. Adde Bart. in d. l naturaliter. §. nihil commune. colum. ij. versi contra istam. licet Ibi distinguat aliter, quam Dy. hic & ibi Ang. in repetit. & Bal. in vers.

vt igi

vt igitur & nouiter Alexan. & gloss. Cyn. Bal. & Saly. in l. incerti. C. de interdictis, & Aret. Inst. de interdi. in prin. versi. in glo. maximè. & Do in c. cũ dilectus. de cau. possess. & proprieta. Et quid e contra lata in possessorio an præiudicet in petitorio, vide Pau. de Cast. in consi. 44. in antiq & Docto. suprà allega. & Dy. & ibi dixi in reg. nullus pluribus in vj. add

In Reg. Qui facit per alium.

Argumenta.

1 *Tutor quando directa actione tutelæ teneatur.*
2 *Deijciens per alium ita tenetur, ac si per seipsum deiecisset.*
3 *Occidens per alium, tenetur perinde, ac si per se occideret.*
4 *Calumniatus per alium perinde puniri debet, ac si per se calumniam fecisset.*
5 *Facere per alium nemo potest id, ad quod pro eius industria ipse electus fuit.*
6 *Factum per alium an idem sit, ac si per se factum esset.*
7 *Diuersum factum dicitur, factum ab eodem diuerso tempore.*

REG. LXXII.

QVi facit per alium, est perinde, ac si faciat per seipsum.

†SICVT tutor tenetur directa actione tutelæ quã do administrat: sic & quando administrari mandat: quia qui facit per alium, perinde est ac si faceret per seipsum. A ff. de administrat. tut. l. ita §. geisisse. versic. ꝙ si quis. † Item sicut tenetur interdicto vnde vi, qui deiecit per se, ita qui deiecit B per alium, vt ff. de vi & vi arma. l. j. §. deieciſſe. & de reg. iur. l. hoc iure. §. deiecit. †Item sicut tenetur l. Cornelia de sicar. qui occidit per se, ita C & qui occidit per alium. C. de accus. l. non ideò. ff. ad Sillan. l. & si certus sit percussor. arg. ad Turpil. l. j. §. pen †Item sicut punitur tanquam calumniator, qui per se detulit, & non probauit ita & qui per alium. ff. de iure fisci. l. ij. §. diuus Pius. & l. non tantum. & ad

1
A
2
B
3
C

idem potest induci. ff. de fideiuss. tut. l. postulare, cum infinitis similibus. Sed opponitur, & videtur quod lõgè aliud sit facere per se, quã per aliũ ff. de solut. l. inter
5 artifices. Sed dicendũ est. † quod vbi eligitur personæ industria, regula non procedit. C. de caduc. tollen. l. vnica. §. ne autem. & d. l. inter artifices, sed vbi nõ eligitur per-
6 sonæ industria, tunc procedit effectus regulæ. † Item opponitur & videtur impossibile esse, factum per alium
7 perinde haberi, ac si fuerit factum per seipsum. † quia iure cauetur quod etiam factum ab eod. diuersis tẽporib. non repræsentat identitatem eiusdem facti: vt ff. de cõdict. indeb. l. si non sortem. §. libertus, & in auth. de fide instrument. circa princip. Dicendum est, quantum ad veritatem, impossibile esse, factum vnius dici factum alterius: sed de quadam iuris interpretatione procedit quòd factum vnius, alterius intelligatur, vt ff. de duo-
D bus reis. l. nemo. d. & nota. ff. D vi & vi arma. l. j. §. deiecisse. & §. q̃ ergo adijcitur. Sed videtur quod hæc regula sit superuacua per illam quæ est posita supràc. potest. sed non est, si quis benè aduertat, quia illa loquitur de. potestate explicandi per alium, ista verò de effectu ex-
E plicati E Dynus. ADDITIO.

A Seipsum. Adde nunquid condemnato delinquente ad alterius mandatum, & satisfacto condemnationi, possit nihilominus agi cum mandante. Dyn. in regul. ratihabitionem. num. 16. sup. eod. & ad regulam istam vide annotata. supr. eodem in c. quod alicui. in j. edit. F. C.

B Deiecit. Adde ad istam regu. Bald. & Card. Alexan. in c. j. §. si quis decesserit. si de feud. fuer. contro. inter dom. & agna.

C Ita. Adde Bald. & Salyc. in l. seruos. C ad leg. Iul. de vi publ. quod licet mandatarius non excusetur à pœna, tamen mitigatur, & vide Cepol. in caut. xxxix & sequẽ. & Barto. in l. si quis mihi bona. §. qui iussum. ff. de acquir. hæred. Barto. Bald. & Salyc. in l. non ideò. C. de accu. & Barto. in l. furti. §. ope. ff. de fur. & in l. non solùm. §. si mandato. ff. de iniur. Et an propriè dicatur

per

per seipsum facere qui per alium facit, ita quod comprehendatur in statutis maximè pœnalibus. quæ debent propriè verificari. iuxta l. iij. §. verba. ff. de negest. vide Bald. in c incaussis §. Opizoni, versicul. etiam in statutis de pace Const. & Doctor. suprà allega. & Aret. in Proœm. Instit. §. igitur. colum. ij. & in tract. Malefici. in gloss. Sempronium. ver. xiiij. text. & Barto. in l. hæc verba. ff. de adult. & Iaſ. in l. si quis id quod. ff de iurisd. om. iud. & Alexand. in l. si familia. §. fin. eo. tit. & Bald. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posth. & Cyn. in l. si per alium. ff. ne quis eum, qui in ius. voc. & Abb. in c. mulieres. & ibi Felyn. de senten. excom & Bald. consi. lij. volum. iij. & Alexand. consi. lxv. volu. iiij. & Cepol. consi, xxxiiij. & Bar. in l. si is qui col xxj. versi. venio ad secundum. de vsucap. & in l. sed si vnius §. j. ff. de iniur. & And. Barb. in repe. rub. de fide instru. col. ix. ante fin. & an mandans & mandatarius possint accu. in vno & eod. libel. vide tex. sing. & ibi Bar. Bald & Lud. Bolog. in l. athletas. versi. scriptorem. & ibi scripsi in addi. meis. ff. de falsis. & Bal. in l. minorib. de his quib. vt indig. & Ang. in § in auth. vt omnes obed. iudi. vbi dicit vnum quod est fortius. quod etiam si fuissent accusati in diuersis libellis, possunt condemnari postea simul & semel in eadē sententia. vnde Lud. Bolog. in d. l. athletas. dicit quod mādans mandatarius tenentur eadē lege, secundum Cyn. in d. l. non ideò minus. C. de accu. & in l. j. C. si reus vel accu. mor. fuer. & vide Bar. in d. § si mandato. Ang. Ar. in §. interdū. Inst. de oblig. quæ ex deli. nasc. & Cep. in cau vlt. Hyppol. de Marsi. sing. clxxxj Abb. & Docto. in c. ad audientiam. de hom. & Felyn. in c. sicut dignum, in princ eo. tit & Cepol. in consi xxxiiij. Adde vtrum statutum puniens delinquentem extendatur ad mandātem fieri delictum, Dec. in l. is damnum dat. ff. eod. & Iaſ in §. pœnales. col. iij. versi. vlt. notate. Institutio. de actio. F. C.

L. nemo Adde Bar. in l. inter artifices. an q̄s possit le- A
gere per substi. & plenè in l. nemo. & ibi Al. in add. ff. de

duobus reis. & Cyn. in l quisquis. C de epis. & cleri. & Bald. in l. parabolani eo. tit. & Io an. And hic & in reg. contractus in Mercurialib. & Bart. in l. j. de præpos. agent in reb. lib. xij. & in l. j. §. aduocatos. ff. de varijs & extraordina. cogn. & Fely. in procem. Decretal. colum. xxx. (voluit allegare in c. j. in ij. colu. versi. vtrum Doctor de summa Trinitate & fide Catholica.) & Specu, in tit. de talarijs. §. fin quæst fin. Bald. in l, fin. ff. de excusa. tutor. Bald. & Salyc. in l. j. § ne autem C. de cadu. tollend. & Doct. in c. cùm dilecta de rescript. & Felyn. in c. fin. de offic delega. & Lud. Bolog in l. certè. §. j. in primis interpret ff. de preca. & Ioan. de Plat. in l. nullus qui. C. de decu. lib. x. & ibi Rebuff. & in addit. meis ad eum. & Panor. in c. firmiter in antiq. & no. addi. de sum. Trin. dixi in glo. in verbo, seruum. & l. Stichum, in apost. in ver quia ea de statulib.

2 Explicati. Adde q; vbi agitur de acquirēdo, faciens per alium dici propriè facere l. certè §. j. ff. de prec. per quē tex. ita dicit Ias. Instit. de act. circa fin. principij. Similiter quando mandatarius cogitur parēre mādati. vt post alios tradit Dec. in l. in is damnum ff. eod. F. C.

In Regul. Factum legitimè.

Argumenta.

1 *Matrimonium legitimè contractum non dissoluitur ob furorem alterutri superuenientem.*

2 *Testamentum non annulatur, si testator eo perfecto efficiatur furiosus.*

3 *Factum non tollit quod impedit faciendum, & de veritate. nu. 7.*

4 *Seruitus non constituitur ad partem prædij pro indiuiso.*

5 *Tutor suspectus accusari nequit tutela finita.*

6 *Actio de partu agnoscendo locum non habet parte mortuo.*

8 *Actus perfectus non vitiatur si diuenerit ad casum, à quo incipere nequiuit.*

9 *Inquisitio inchoata cessat accusatore superueniente.*

10 *Lega-*

30 *Legatum debiti purè factum creditori, non valet, in diem autem valet.*

REG. LXXIII.

FActum legitimè retractari nõ debet licet casus postea eueniat, à quo non potuit inchoari.

†Si homo sanæ mentis contrahat matrimonium, licet postea fiat furiosus, non propter hoc dissoluitur matrimonium iam contractum, vt ff. de ijs qui sunt sui vel alien. iur. l. patre furioso. † Item si homo sanæ mentis fecerit testamentum, licet fiat postea furiosus, non vitiatur testamentum. ff. de testamen. l. is cui. & de bono. possess. secundum tabu. l. j §. sufficit. & ad huius A confirmationem accedit, quod generaliter dici solet. †non tollit factum, quod impedit faciendum. vt ff. eo. l. in ambiguis. §. non est nouum. & de acquirend. hæred. l. si seruum quis. §. vltim. Sed opponitur & videtur quod illud quod impedit ab initio faciendum, tollit iam factum, † quia si stipulor seruitutem ad partem fundi mei pertinentem pro diuiso, stipulatio nulla est. Item si stipulor ad totum fundum, stipulatio tenet, & si postea partem pro indiuiso alienem, stipulatio corrumpitur. vt ff. de seruitu. l. pro parte. & de verb. obligat. l. si sub vna. §. si quis via, ergo illud quod impedit ab initio faciendum tollit iam factum. † item si tutela finita est. non habet locum accusatio de suspecto. ff. de suspect. tutoribus. l iij. §. quæri potest. adeò quod si proposita accusatione suspecti, tutela, finiatur, expirat accusatio de suspecto. ff de suspect. tutoribus. l. post finitam. †Item præiudicialis actio de partu cognoscendo non habet locum mortuo patre vel auo. cuius filium vel nepotem quis se esse contendit: adeò quod si præiudicialis proponatur contra patrem si moritur pater, expirat iudicium inchoatum in actione præiudiciali. vt ff. de libe. agnosc. l. iij. §. quia Plautianum. in versi. adeò. per quæ omnia patet, quod casus impediens ab initio, tollit iam factum superueniens ex post facto. Sed dicendum

1 2 3 4 5 6 A B

B cendum est B quod aut factum erat inchoatum, & non perfectum & tunc tollitur † per eum casum qui impediret inchoari: vt si stipulatus sum seruitutem prædio meo, & antequam constituatur alienem prædium vel partem eius pro indiuiso, corrumpitur stipulatio, vt di. l. si sub vna & d. l. pro parte & de custo. reor l. ij. & ff. vt in Possession lega. l. si pecuniæ. §. qui fideicommissum, & de adulter. l. si maritus. §. si ante. & ad idem tendit. d. l. post finitam de suspect. tutor. & d. l. iij. §. quia Plautianum de liber. agnoscend de ijs quæ pro
8 non scrip habent. l. si in metallum. † sed si factum iã erat perfectum & legitimè confirmatũ, vt quia seruitus promissa, erat iam constituta, testamentum inchoatum erat iam perfectum, & matrimonium erat iam per consensum contractum, & similia, tunc casus superueniens qui impediret ab initio inchoari, non tollit iam factũ.

C C & ita loquitur reg. ff. eod. l. in ambiguis. §. j. & de ritu nupt. l. si qua & de seruit. rust. præd. l. via. §. quæcunque & de verb. oblig. l. pluribus. § & si placeat. vnde sumitur argum. † quod si post inquisitionem per officiũ
9 inchoatam. & ante sententiam superueniat ordinarius accusator, inquisitio quiescat, sed si superueniat post sententiam, non tollitur effectus inquisitionis factæ. nisi probaretur præuaricatum in processu. ff. de præuaricato. l. præuaricationis & de liber. homin. exhiben. l. iij. §. si tamen postea. & de accusation. in l. si cui. §. ijsdem. & d. l. si maritus. §. si ante. Sed contra prædictam solutionem videtur instit. de leg. †. ex contrario.
10 & ff. ad leg. Fal. l verbis legiti vbi dicitur. † quod si lego debitum purè creditori, non valet legatum, sed si lego debitum in diem benè valet legatum, adeò quòd si dies veniat testatore viuente legatum non vitiatur. Sed dicendum est, quod aut superuenit casus annulationis, & tunc habet locum prædicta distinctio, aut su-
D peruenit casus D ad eundem effectum tendens, & tunc alium tendentem ad eundem effectum quem inuenit, secum concurrere patitur. vt in d. §. ex contrario. Instit. de leg. & d. l. verbis legati. ad l. Falc. Dyn.

ADDI.

ADDITIO.

Huius. Istam regulam pertractauit amplissimè De. A
cius in l. in ambiguis §. j. eo tit. & suprà c. possess. versi.
secundo opponitur. dicendum, vt dixi suprà c. j. nu. 43, in
verb. testatoris. C. M.

Dicendũ. Adde ad notata hic per Dyn Bar. Bal. & Mo B
der. in l. patre furioso. ff. de ijs qui sunt sui vel alie. iuris.
& Bar. in l. penul. § fin. & ibi Ale. ff de verborum obliga
tione. & quæ not. Dy. suprà in prima regula in v. & vij.
quæst. & in regula ij. ver. ij opp. & Cyn. Bald. & Salyc. in
l. si Gaudentius C. de contrahend. empt. & Ioan. Fa. &
Ang. in §. ex contrario. Insti. de leg. & Phi. Franc. in de
reg. j. col. ij.

Factum. Adde hoc non procedere quando res deue- C
niret ad casum. propter quẽ caussa finalis prsus defice-
ret secundũ Bar. in l. Vranius. ff. de fideiuss. quem refert
& seq. Dec. in l. in ambiguis §. non est. ff. eo. F. C.

Adde & not. quod si incepta inquisitione superue-
niat accusator. finiatur inquisitio. de quo vide Cyn. &
Bar. in l. iij. d. §. quia Plautianum & Dyn. & Bart. in d. l.
si maritus. §. si ante & ibi Alex in addi. & Dyn. & Bar.
in l. pen. ff. de suspe. tut. in quibus locis tenet Dyn. opi.
quam tenet hic. Sed contrarium tenet Inno. c. super li-
teris de rescrip. & Cyn. in l. ea quidem in fi. C. de accu.
sed Bar. in d. l. si maritus. ponit vnam distinctionem,
cum qua transit. Bal. in d. l. ea quidem col. pen. & Fely.
in c. nulli. col. j. ver. not. ex gl. j. de accus. & ibi Abb. &
Bart. in sua dispo. incip. iudex Malæfid. col. ij. versi. viij.
Et adde quæ not. Bal. in l. si seruus plurium. §. si quis an
te. ff. de leg. j. & singulariter Ang. in tract. de Malefi. in
prin. col. x. ver. quæro an inquisitus. & ibi vide August.
de Arim. & Land. in addi. & Cand. de Malefi. tit. quo-
modo malefi. cog. & per inquisitionem col. 4. ver. sed
pone quod iudex. & Bal in pract. iudiciaria. c. v. ar. ij.

Casus. Adde quando casus superueniens tendens ad D
eundẽ effectũ cũ legato valere faciat legatum. Bar. in l.
ij. ff. de ijs quæ pro non scrip. hab. & latius in l. plurib. §.
& si placeat. & ibi Paul. de Cast. & Alex. ff. de ver. oblig.

In reg. Quod alicui.

Argumenta.

1 *Concessum alicui gratiosè, ab alijs in exemplum trahi non debet.*

2 *Immunitas alicui concessa non excusat reliquos quo minus ad munera teneantur.*

3 *Beneficium alicui specialiter indultum, non debet ab alijs trahi in exemplum.*

4 *Rescripta ob singulares personas emanata an & quando trahantur ad alios.*

REG. LXXIIII.

QVOD alicui gratiosè, conceditur, trahi nō debet ab alijs in exemplū.

1 †Si summus Pontifex concessit alicui de gratia speciali, quod posset habere plura beneficia cum cura: vel quod posset per procuratorem visitationem facere, vel percipere integraliter fructus beneficiorum suorū, absque eo ꝙ in ecclesijs resideat, hoc non debet trahi ab alijs in exemplū. sed ius commune seruari, quod est per
2 omnia contrarium suprà dictis. †Item si concessit alicui quòd non teneatur subire munera publica, vel soluere decimas, A quia fortè in aliqua re prosperè gesta virtuosè se habuit, hoc similiter trahi non debet ab alijs in exemplum, sed ius commune seruari, & hoc est quod vult dicere regula. & probatur. ff. de const. prin. l. j. versi. plané ex his. & C. de decur. l. neque Dorotheum. & l. nullus. lib. x. & de epis & cler. l. quoniam. Sed etiam videtur ꝙ ea quæ certæ personæ adscribūtur.
3 constituant ius commune, vt C. de nou. co. compo. l. j.
B §. quibus verb. nullaq; dubietate †Dicēdum est, B ꝙ aut rescribitur alicui personæ vel vniuersitati concedendo beneficium speciale & tunc non debet trahi ab alijs in exemplum, & ita loquitur reg. & l. superius allega. & probatur C. de leg l. leges vt generales in fi. aut rescribitur constituēdo ius commune, & certæ personæ expressio nihil operatur: quia iura non in singulas personæ,

sed

sed generaliter constituuntur vt in d.l.j. ver. nullaq;. C. de nouo. eod. compo. & ff. de l. & senatusc. l. iura. Dyn.

ADDITIO.

Decimas. De immunitate decimarum videndum est A
in c. ex part. j. supra. de deci. F. C.

Dicendum. Ad le Bart & ibi Ang. de Peru. in addit. B
in d.l. neq; Dorothæum & ibi Io. de Pla. & quod not. Ce po. caut. lxiij. & Bar. & Io de Pla. in l vacuatis. C. de decur. & Bar. Bal. & Doct. Mod. in l. j. ff. de consti. princ. & Ang. inst. de iure nat. §. sed & quod in prin. & Dy. suprà in reg. priuile. & in reg. quæ à iure & in reg. in iudicis. & in re, & ob gratiam & quæ scripsi in prædictis locis, vide Bar. in l. oẽs populi, in vj. q. prin. nu. 63. ff. de iust. & iur.

In Regul. fruſtrà. Argum.

1 *Fides non est seruanda ei, qui prior fidem fregit.*
2 *Locator expellens colonum non soluentem pensionem, non potest ad pœnam conueniri.*
3 *Pupillus qui sine tutoris auctoritate rem vendidit, fidem emptori seruare non tenetur.*
4 *Emens à pupillo sine auctoritate tutoris non caret culpa, ideoq; pupillo obligatur, & non contra.*
5 *Restitutio in integrum pupilli prodest, etiam illi, qui cum eo contraxit tutore auctore.*

REGVLA LXXIV.

FRuſtra ſibi fidem quis poſtulat ab eo ſeruari, cui fidem à ſe præſtitã ſeruare recuſat.

†Si duo fratres habentes domos communes inuicem 1
conueniunt de non alienando sub certa pœna, & vnus eorum alienauit & vult quod alter ab alienatione absti neat, non auditur, quia fruſtra ſibi fidem poſtulat à me ſeruari, qui mihi fidem seruare recusat. ff. eo. l. cum par. §. illi & de leg. ij. l. cum pater. §. libertis. †Ita si locauit do 2
mum pro pensione certa & promisi eum nunquam expellere sub certa pœna, & eũ expello, quia pensionẽ non soluit, non potero conueniri ad pœnam: quia fruſtra A
sibi

sibi postulat à me fidem seruari is, qui fidem seruare re cusat. ff. loca. l. quæro § Inter locatorem. & quia generale est, quod non seruanti fidem nō debet fides de necessitate seruari. vt ff. de inoffi. testa. l si instituta in prin. &
B C. de pact. in l. cum proponas. B & de transact l. si diuersa. & l. si quis maior. Sed contra regulam videtur, ff. de
3 act. empt. l. Iulia. §. si quis à pupillo † vbi pupillus vendens sine tutoris auctoritate non seruat nec seruare co-
C gitur fidem emptori: C & tamen emptor cogitur seruare pupillo fidem. Sed regula locum habet, vbi eadem est & æqualis per omnia personarum contrahentium con-
4 ditio. † In contrario verò non erat æqualis, & poterat imputari emptori: quia sciebat vel scire debebat pupillū contrahendo non posse sine tutoris auctoritate obliga-
D ri, vt ff. de contrah. emp. l. qui à quolibet, D & de acquihæred in l. more. Et ideò ratione illius culpæ tenetur ipsi pupillo. & non pupillus sibi.
5 † aliàs autem vbi culpa non posset sibi imputari. quia contraxisset, cum tutoris authoritate, sicut pupillo subueniretur per rest. in integ. nec teneretur per restitutionem seruare fidē emptori, ita virtute eiusdem restitutionis subueniretur emptori, vt non teneatur fidē seruare pupillo, vt C. de reput. quæ fiuntin iud. in integ. l. vnica & si aduer. transl. j. & ij.

ADDITIO.

A Frustrà. Adde eundem in c. scienti. nu. 11. suprà eod.

B L. Cum proponas. Adde Cy. Bal. Saly. & singulariter Alex. & Iaſ. in d. l. cum proponas. & Abb. & pulchrè Fely. in c. peruenit. l. ij. de iureiu. col. ij. & Io. And hic in no. uel. Alex. & Fely. ponunt. v. casus falle. quod rumpenti fidem vel iuramentum debet fides seruari. & Alex. in l. vt responsum. in princ. C. de transact.

Adde Cardi. omnino in d. c. peruenit. el. ij. & Socin. plenè in tract. fallen. reg. cxlix. qui ponit regulam negatiuam, & illam septem limitationibus restringit. & no. Fel. post Abb. in c ij col. ij. ver. venio ad secundam partē. de iureiur.

C Emptori. Nisi sit factus locupletior, vt ait Dy. in c. locupletari, ver. item in pupillo suprà eod. F. C.

L. qui

L. qui à quolibet Adde Dyn. in reg. qui contra iura. in prin. inf. eod.

In Regul. Delictum.

Argumenta.

1 *Delictum personæ non præiudicat ecclesiæ.*
2 *Tutoris delictum non nocet pupillo.*
3 *Ecclesia & pupillus æquiparantur, & vtrorumq; administratores.*
4 *Ecclesia quatenus ex dolo prælati possit obligari.*
5 *Pupillus obligatus ex delicto tutoris quatenus ad eum peruenit.*
6 *Pater quatenus teneatur ex delicto filij.*
7 *Vniuersitas quatenus ex facto priuati teneatur.*
8 *Delictum prælati vel collegij quando in damnum ecclesiæ possit redundare.*

REGVLA LXXVI.

DElictum personæ non debet in detrimentum ecclesiæ redundare.

†Si Abbas vel monachus, vel alius clericus delinquat iniuriam faciendo, vel damnum dando, vel alicuius possessionem violenter occupando, ecclesia non tenetur, quia delictum personæ non debet in damnum ecclesiæ redundare †Nam qua ratione delictum tutoris non obligat A pupillũ ff de re. iur. l. neq; & de tab exh. l pen eadem ratione delictum clerici vel prælati non debet ecclesiam obligare, †cum pupillus & ecclesia B parificentur ex vna parte, & eorum administratores parificentur ex altera parte, vt C. de epis. & cle. l orphanotrophos. Sed occasione prædictæ parificationis opponitur quia iure cauetur quod pupillus tenetur de dolo tutoris. ff ne vis fiat ei qui in pos. l. j. §. hoc edicto. & de pecu. l. summa §. si dolo de trib. l. iij. §. fi. & de administ. tut l. fi. Dicendum est. †quod si ex dolo prælati vel alterius clerici peruenit ad ecclesiã aliquid, eatenus tenetur ecclesia †sicut tenetur pupillus de eo. q̃ ad se peruenit ex delicto tutoris, vt in l. præl †sicut pater ex delicto filij & domi-

5
2 A 1
3 B
4
5
6

do minus ex delicto serui, quatenus ad se peruenit. ff. de vi. & vi ar. l. j. §. quod ergo adijcitur, & §. si quis tamen. 7 & §. si filius. & de pecu. l. iij §. ex furtiua causa. † & sicut tenetur vniuersitas, quatenus ad se peruenit ex delicto alicuius, qui vniuersitati præest. vt ff. de vi. & vi ar. l. si vi me & de dolo. l. sed ex dolo. §. sed an in municipes, tunc enim ecclesia non videtur pati damnum, cū de suo non soluat. sed ad quod eum peruenit restituat, & damnum dicitur, à patrimonij diminutione ff. de dāno infect. l. j.

Item opp. & videtur, quod delictum personæ debeat in damnum ecclesiæ redundare, quia propter delictum personæ cōfiscatur nauis ecclesiæ, vt C. de sacrosa. eccl. 8 l. iubemus nullam. † Sed dici solet cōmunitur. quod delictum cōmissum à prælato C. & collegio, scilicet communito consilio redundare posset in dānum ecclesiæ, vt d. l. iubemus. delictū verò prelati tantùm, seu alicuius aut aliquorum de collegio Ecclesiæ non præiudicat, & ita loquitur regula Dyn.

ADDITIO.

A Non obligat, intelligas secundum distinctionem Bar. in l. si dolo. ff. si quis omissa causa testamenti. & in l. j. §. si procurator. ff. si quis ius. dic. non obtemp. supplendo vt illic per Alex. F. C.

B Ecclesia. Adde quod pupillus. ecclesia ciuitas, & vniuersitas æquiparantur secundum gl. in l. si præses & ibi Doct. C. quomodo & quando iud. & gl. Bal. & Lud. Bolog. in secundis inter in l. ciuitas. ff. si certum pet, & glo. & doct. in l respub. C. ex quibus causa. in in reg. restit. & Bar. in l. j. §. quod si nemo. ff. quod cuiusque vniuer. nom de tutore & prælato vide in seq. apost. & Ang. pulchrè in consi. ccxlv. incip. quia omne datum optimum.

C Adde Dy. sup. in re. locupletari. vers. & idē dici potest Prælato. Adde Cyn Bal. & Sal. in l. meminerint & in l. si quis in tantam. & ibi Bar. C. vnde vi. & Cy. Bar. Bal Saly. in l. iubemus. C. de sacrosan. eccl. & Inno. & Abb.. in c. j. col. vlt. vt lite non conte. Abb in cons. xl. colu. iij. vol. j & Bart. in l. aut facta. § fi. ff. de pœnis. & gl. & Doc. in c. cum ad fid. m & Abb. in c j. de restit. spol. & gloss. &

Abb.

Abb. in c. cum dilectus. colum. iij. de ordine cogni. & alii quid per Fely. in c. ad apostolicam. col. ij. de simon. & c. edoceri col. pen. versi. etiam in alijs. de reser. & per Ambros. Opizon. in repe l. filinsfa. § diuus Seuerus. col. 43. cum seq. vers. circa verò secundum. ff de leg j. Lud. de Ro. in cons. cccxlix. col. vlt. Anton. de But. in c. de dolo. & contu. & Bal. in præludijs feud. in fin. & Alex. in consil. v. col. v. cum seq. vers. v. quæritur, & quod prælatus æquipareturtutori vel curatori, vide gl. fi. in c. ex præsentium & ibi Abb. Sic de pig. & Abb. in c. cum deputari. in fi. & ibi Doct. de iud. & Inn. in c. cum in officijs de test. adde hic amplè Fely. in c. cum dilect. col. ij. de accus. & Abb. in d. c. j. de dolo. & contum. & Ang. consi. cclxj. incip. omne datum. & Felyn in c. ad audientiam. in ij. col. iiij, vers. secundo limitatur. de rescrip. Abb. & Fely. in c. cum venerabilis. colum v. versi. ad intellectum reg. delictum. de except. vbi dicunt, quod delictum prælati non nocet in iudicialibus & Fely. in c. cum accessissent. col. xvj. versi. & pro intelligentia, & c. de constit. vbi ponit. duos casus quibus prælatus tacitè potest præiudicare ecclesiæ, & Felyn. in c. accepimus. col ij. ante fi. vers. & non solum de fide instru.

Adde in quantum quærit, & quando delictum prælati noceat ecclesiæ. Bal. omninò in l. iubemus nullam. num 4. & quod ibi signaui in apostil. ad ipsum in vers. delictum prælati. C. de sacrosan. eccl. & in prælud feud. col. fin. dixi in apost. ad Panorm. in c. si diligenti. nu. 34. in ver. nocet ecclesiæ. de foro competenti. & in c. imperatorum. nu. 3. in vers. præiudicat ecclesiæ. de iuram. calū. & quid in commissio ante prælaturam. vide eundem Panorm. in cap. cum venissent. numero 17. in versicul. in vita sua. & ibi quid in feud. Bal. in c. fi. de capitulis. Cor. & Alex. consi. xxij. vol. j. de vniuersitate quando teneatur ex delicto vide istum in l. super & quod ibi posui in apostil. in versi. si communicato consi. ff. quod vi. aut clàm. dixi post Iacob. Rebuffi. iu l quinque casus. nu. j. C. de decur, lib. x. melius in additione ad eundem in rubr. 8. C. de non num pecu n. cod. titu. num. j. vbi limitaui

hanc

hanc regulam. dixi etiam in addit. ad Panorm. in ca. in causis. nu. 5. in vers. per sonũ campanæ, de elect. Ang. la tè cons. xlvj vel clvij Fran. Aret. cons. clij & Old. cons. lxv. qui de vniuersitate loquuntur.

In Regul. Rationi. Argumenta.

1 *Substitutus prout succedit in hæreditate, tenetur pariter & ad legata.*
2 *Hæreditas vocatur honor.*
3 *Legata relicta ab instituto censentur repetita, in substituto.*
4 *Conditio adiecta institutioni non trahitur ad substitutionem*
5 *Substitutus in honore hæredi atus, an succedat in onere legatorum cum conditionibus.*
6 *Legata relicta ab instituto, an, & quando eodemq; modo debeantur à substituto.*

REGVLA LXXVII.

RAtioni congruit vt succedat in onere, qui substituitur in honore.

1 Hæc regũla pertinet ad materiam regulæ procedentis, supra eodem capit. qui sentit, licet enim conuerso modo loquatur, ad eundem tamen tendit effectum, & propriè poni potest exemplum in substituto in honore,
2 id est, † hæreditate: quæ honor appellatur. vt ff. de legatis præstandis. l filium. §. si legata. & propterea succedit
3 in onere scilicet legatorum, † quæ relicta ab instituto videntur legis potestate tacitè repetita à substituto, vt ff. de legatis. j. l licet Imperator, & de legatis. j. l. ii Tiotio A & Mæuio. §. Iulianus. & l. cum pater. §. ab instituto Sed opponitur & videtur, quod substitutus in hono-
4 re non succedit in onere. † Iure cauetur, quod si hæredi instituto sub conditione simpliciter, substituatur alius onus conditionis in personam instituti adiectum non videtur in personam substituti repetitum. ff. de hæred. instit. l. s. b conditione Sed ibi grauatur in onere cõditionis nouæ, quæ in personam instituti non erat: & ideò

ibi

ibi conditio institutionis, non videtur repetita in substi
tutione; B vt ff.de leg.j.l.licet. Item oppo. & videtur, q B
substitutus in honore hæreditatis, non succedat in one-
re legatorum, vt d.l.licet de legat. † Et ideò distingui o- 5
portet: quia aut legata repetuntur verbis testatoris ex-
pressis, aut non. Si verbis expressis, aut cum eiusdem diei
vel conditionis adiectione, aut simpliciter. Si cum eius-
dem diei vel conditionis adiectione expectatur illa etiã
si legatum redderet inutile: vt ff.de legat.j.l. si quis à fi-
lio.circa princ. Si simpliciter debetur, non expectata cõ
ditione vel die, quæ in personam instituti fuerat adie-
cta, vt di.l.si quis à filio, & l si cui.§.si à filio. Si verò non
repetuntur verbis expressis: tunc legis potestate tacitè
repetita intelliguntur, cùm eadem semper conditione
& die. vt ff.de leg.ij.l.cum pater § ab instituto, nisi talis
esset conditio, quæ redderet legatũ inutile, vt ff de ver.
obli.l.Titia.§.idem respondi. & de fideicom.liber l.vlt.
& hæc vera sunt in onere personæ non cohærente in eo
enim quod personæ cohæret, non succedit, qui substituí
tur in honore. vt ff.de adim. leg.l.legatum sub conditio
ne, & de conditione & demonstratione, l. legatum & de
alimen.leg.l.Caio.in princ.

ADDITIO.

L.si Titio. Adde Dyn & quæ ibi in reg. qui sentit in A
j.addit.& gl.& Doct. Moder. in l. secundum naturam
ff.eod.tit.vnde beatus Paulus.2.ad Corinth j. dicit sicut
socij passionum estis: sic eritis & consolationum, & bea-
tus Bernardus super Cantic. ait O bone Iesu, quot sunt
super terrã, qui tecum vellent habitare in cælo, sed pau-
ci sunt, qui vellent tecũ sociari in pœna & labore Ideò
dicitur Matthæi xxvj. omnes relicto eo fugerunt.

Substitutione. Adde quando onus vel conditio appo B
sita in institutione videatur tacitè repetita in substitu-
tione. Bar. in d.l.sub conditione & ibi Doct Mod. ff. de
hære.inst. & Bar. Bald. & Saly. in l.vnica.§. pro secundo.
C.de caduc.tollend. & Bartol. & Ioann.de Imol. in l. le-
gatum. ff. de condit. & demonst. & Bartol. singulariter.
& ibi Alexand. in leg. licet Imperator. de leg j. & glos.

in

in l.si cui.§.si à filio.& ibi Bar. Alex.ff.de legat.j.

Adde,quando quærit an conditio apposita in instit. tutione videatur.& c.istum in l.firmio.§.pater.& quod ibi posui in apost.ad ipsum in vers.non videtur.ff.quando dies leg vel fideicom.ponit Rom.sing.dclxxij.inci. scis quod conditio.& consi.cx & consi.cxxix.Ant.Corset.sing.suis in ver.clausula m.incip.clausula in fin. apposita.Ang.consi.344. & vide omninò, quod posui in tracta.meo clausularum in versi.clausula.in prin.& nu. 2.& per totum & dixi in apost.ad Bart consi.39. incip. clausula.reliquit.

In Reg. In Argumentum. Argumenta.

1 *Pater fame compulsus filium vendere potest: aliàs non.*
2 *Sacra necessitate cogente, alienari possunt.*
3 *Permissa necessitati, an possint in argumentum trahi.*
4 *Necessitatis caussa permissum, trahi potest in consequentiam, vbi non est nominatim prohibitum, si subest eadem ratio.*
5 *Rationem eandem habentia eandem merentur iuris dispositionem.*

REGVLA LXXVIII.

IN argumentū trahi nequeūt, quæ propter necessitatē aliquādo sūt cōcessa.

Propter necessitatem patris,concessum est patri vendere filium: A & ideò non debet in argumentum trahi vt in alia caussa filium vendere liceat C. de patri. qui fil.distr.l.j &ij.†Itē propter necessitatē permissum est, quod fiat alienatio rei sacræ,scilicet pro redimendis capriuis C.de sacrosan.eccl l.sancimus & ideò non debet in argumentum trahi, quæ enim contra ius commune conceduntur. non debent ad consequentiam trahi sup.eo quod alicui gratiosè.& ff eo.l. quod contra & ff deleg.& sen.l.quod verò.& l.in ijs.& l.ius singulare.†Sed ii eadem ratio necessitatis. B vel maior subest, an ea quæ propter necessitatem recepta sunt, licebit in argu

1 A
2
3 B

argumentum trahi? videtur quod non, vt hic, & ff. eo. l. quod contra, & de leg. quòd verò. Econtra videtur q̃ sic: quia ea quæ conueniunt in identitate rationis, non debent separari in constitutione iuris. vt ff. de leg. j. l. si domus. §. cum alicui. & de iniusto test. l. posthumi. §. j. Circa hoc Glossatores iur. ciuilis variãt. nam. ff. eo. l. quę propter determinant quòd in argumentum trahere licet, vbi eadem ratio necessitatis, vel maior subest. sed C. de pat. qui filium distr. determinant, quod non liceat in argumentum trahare, vbi eadem ratio necessitatis vel maior subest. †Sed credendum est q̃ quando nomi- 4
natim non reperitur prohibetur ad consequentiam tra hi, quod trahere liceat, vbi eadem vel maior causa ne- 5
cessitatis subest, †cùm ea quæ conueniunt in identita- te rationis non debeant separari constitutione iuris, vt dictum est, sed lex ij. de pat. qui fil. distra. restringit con- cessionem, cùm dicit in hoc tantummodo causa. &c. Et idcò non licet trahere in argumentum: licet similis cauſ sa subesse reperiatur: qua reperitur expressa prohibitio in contrarium, vel quæ expresse æquipollet. Contra C C
distinctionem hanc videtur expresè. C. de decur. l. curia les. lib. x. Sed dic vt infra eo. c. seq. Dyn.

ADDITIO.

Vendere filium. Hoc est verum, si talis filius sit in A
potestate patris, vt not. Ioan. de Imo. in l. j. colum. 4. ff. de vulg. & pup. per l. ij. C. de pat. potest. not. Spec. in tit. de feud. §. 2. ver. quod fallit in filio sacerdotis: quoniam pater etiam propter necessitatem vendere non potest. Ita singu. Host. in c. indecorum. de æta. & quali. quem i- bi sequuntur scrip. refert. & sequitur Hippol. de Marsi. sing. ex. incip. pater.

Necessitatis Adde hic not. in reg. quæ à iure com. B
sup. eo. & Bar. in l. si constan. & Doct. in l. si verò. §. de viro. ff. solu. mat. Cyn. Bal. Ang. & Saly. in l. ij. C. de pat. qui fili. distr. & Fely. in c. cũ dilecta. col. xxij. versi. fallit. viij. de rescrip. & Cyn. in l. illud circa fi. C. de sa- crosanct. eccl. & ibi Bar. quãdo in legib. & statutis exorbitan tib. reg. generalib. Accedatur de similib. ad similia: quia

aut (secundum Bal. in l. ij. col. ij. de pat. qui fil. distra (p. cedere de similibus ad similia est æquum & fauorabile, & tunc procedit: vt not. gl in l. ob æs. C. de præd. mi. licet reperiatur expressim à l. prohibitum. secũdum Doct. su. alleg. quod est contra Dy. hic aut odiosum: & tunc non proceditur, vt d. l. ij. de pat. qui fil. distr. & ideò in statutis pœnalibus exorbitãtib. à iure communi nulla fit extensio: vt dicit ibi Bald. licet in c. j. §. porrò col. 4. ver. deinde no. quæ fuit prima causa beneficij amittendi, dicat contraria. sed intelligo Bal. quando pœna imponitur respectu alicuius personæ: tunc non fit extensio. vt d. l. ij & tenet Alex. consi. xxix. col pen. & fi. & in consil. cix. col. p. ver. prædictum statutũ & in consi. lxxxv. lib. 4. de quo vide in l. si quis seruo. C de furt. & Car. Alex. in c. j. col. ij. xxvij. di. & Abb. in c. cum dilecta. de confir. vti. vel inuti. & pulchrè Ant. Cor in suis sing. in verbo extẽsio in j & ij. & Ang. Aret. in §. ex maleficijs. col. x. ver. in ea gl. in fi. Inst. de act & Ias. in §. sequens. col. ij. & in § in personam. col x. in fi. post Io. Fa & Car. Alex. in d. c. j. §. prædictis. col. j. quæ fuit j causa & Ioan. de Imo. & Ro. in d. §. de viro. & Alex. in d. l. fi constante in prin. col. iij. ver. item in quantum. & Cy. Bar. & Bal. in l. non dubiũ, C. de leg. & Io. And. & Doct. in reg. odia. sup. cod. tit. in Mercu. & Saly. in l. ij. C. de noxa. & plenè per Matthesila, in tract. extensionum. Cùm pater possit vendere filiũ ex causa necessitatis, vt in iurib. sup. allegatis, fallit in filio presbyteri, secundum Hyp. de Marsi. in suo sing. c. g not Adde Ias. in §. ex maleficijs col. 8. vers. in ead. glo. ibi ad hunc casum Instit. de actio. vbi habes multa præclara dicta in materia extensionis. F. C.

Adde ad fi. d. huius apost. quod notaui in addit. præce. in ver. vendere filium. & Io. de Ana. in c. si quis. col. ij. vers. tu adde. & c. de furtis. & illud operatur ordo sacer. seu clericalis. vt plenissimè posuit idem Hyppol. de Marsil. in repet rub. de fideiussor charta. xv.

C Contra. Quæ sequuntur non extant in antiquo exemplari: nec immerito. cum in c. seq. nullam prorsus huius mentionem faciat. F. C.

In

In Regul. Nemo potest. Argumenta.

1 *Vendens rem aliquam id iuris transfert solum, quòd in ea habet.*
2 *Venditio rei fit cum onere suo.*
3 *Bona pupilli an possint vsucapi.*
4 *Priuilegium competens rei propter personam extinguitur nunciatione personæ.*
5 *Traditio rei an possit aliquid transferre, quod penes tradentem non fuerit.*
6 *Transferre qui possint plus iuris, quàm habeant.*

REGVLA LXXIX.

NEmo potest plus iuris transferre in alium, quàm sibi competere dignoscatur.

†Si vendo tibi, & ex caussa venditionis trado rem aliquam, illud iuris, quod erat penes me venditorem transit in te emptorem. Vnde si eram directè dominus, directum dominium transfertur in emptorem: si vtiliter vtile dominium transfertur in emptorem. ff. de act. emp. l. ex emptio. in prin. †Item si erat libera penes me venditorē, transibit libera ad emptorem. Item si seruitutem debeat, cum seruitute transibit. Itē si erat alijs obligata, & poterat à me per hypothecariam auocari, cum eadē obligatione, A & possibilitate auocationis transibit: A quia res tranſit cum sua causa: id est, cum suis oneribus. ff. de acquir. rer dom. l. traditio. & de contrahen. emp. l. alienatio & C rem alien. gerend l j. fine censu vel reliq leg. ij. Sed opponitur & videtur, quod aliud iuris sit penes tradentem, & aliud penes eum cui fit traditio. Cõstat enim rem pupilli inusucabilem esse. ff. de acquiren. rerum dominio. leg. bonæ fidei. & tamen si legitimè vendat alij & tradit, incipit esse vsucabilis vt ff. pro empto. leg. ij. §. si à pupillo. †Sed dicendum est, quòd priuilegium personæ, ad quam pertinebat dominium, red-

debat eam vsucapibilem. Et ideò persona domini mutata, mutatur conditio rei venditæ. vt ff. de acquirend. hæredita. l. Paulus respondit aliàs (incip. l. per procuratorem. §. j. & de colla. bono. l j. § si quis quibona. & de
5 publi. l. licitatio. §. vlt. † Itẽ opponitur & videtur, quod traditio transferat illud, quod non est penes tradentẽ. Constat enim quod si habeo dominium rei, cuius non habeo vsufructum, cùm res sua nemini possit seruitutẽ debere. ff. vsufruct. pet. l. vti frui. & de seruitut. vrb. præd. l. in re communi tamen possum constituere seruitutem vsusfructus ff. de vsufruct. l. quod nostrum. Sed ibi non transfertur plus Sed per constitutionem variatur tantum species vsusfructus. quia penes me dominium erat causalis, & non erat species seruitutis: penes eum cui
6 constituitur formalis, & erit species seruitutis. † Fallit autem hæc regula in tutore vel curatore. Item in procuratore, iudice, executore, creditore, in malefidei venditore. Itẽ in censitore Item in flumine. Item in libertatis datione, & in Imperatore & Augusta: de quibus latè notari solet. ff. de acquirend rer. dom. l. traditio. & de reg. iur. l. nemo plus iuris. & Instit. quibus alien. licet, circa
B princip. B & ideò superuacuum foret hic scribere Dyn.

ADDITIO.

A Obligatione. Adde quando obligatio personalis vel realis & hypothecaria transeant contra quemcunq; possessorẽ. glo. & ibi Bar. in l. ij. ff. de alimen. leg. & Barto. in l. fundus quem. & in l Caius. ff. de annuis le. & tex. sing. in l. fi. §. fi. & ibi Alex. in add. ad Bar. ff. de contrah. emp. & Ang. in §. fi. ver. in gl pecoris. Instit. de seruitu. & Bar. in consi. ccxij. col. ij. versi. circa hypothecariam. & *Bald.* consi. 38. lib. j. & gloss. in Pragma. Sanct. de anna. §. *Item* fuit in verbo. teneatur.

B Princip. Adde quando quis plus transfert quàm habeat. Ioan. Fab. Christoph. Porc. & Ias. in additio. Ang. in §. j. Instit. quibus mod. alien. licet. & Ioan. And. hic & Doct. Mod.

Adde Dec. in d. l. nemo, ff. eo. qui contendit istã regu-

lã.

indistinctè procedere, & subtiliter respondet ad casus hic per Dyn. exceptos.

In Reg. In toto. Argumenta.

1 *Absolutus à petitione totius fundi, absolvitur à qualibet eius parte.*

2 *Absolutus ab actu non est absolutus ab itinere, & econuerso.*

3 *Actu legato non potest iter adimi.*

4 *Iter bifariam sumi potest.*

REG. LXXX.

IN toto A partem non est dubiũ continеri. A

De materia huius regul. tractatum est suprà eo. c. plus. sed nihilominus ex abundanti dicendum est. † quod qui absoluitur à petitione totius fundi, intelligitur absolutus à qualibet eius parte, cùm in toto pars contineatur. B ff. de exceptio. rei iudic. l. si quis cũ totum. Quod autem regula falsa sit, potest ostendi, quia iure cauetur, quod in actu contineatur iter. ff. de serui. rusti. prædior. l. j. §. actus. † & tamen qui absoluitur ab actu, non videtur absolutus ab initire, quod est pars actus, nec econtrà. vt ff. de excep. rei iudic. l. si mater. §. si quis iter. & ibi not. † Item iure cauetur, quod si testator legat actum, & postea adimat iter, ademptio est inutilis, quia non videtur ademisse totũ, vel partem eius quod legauit. ff. de adim. leg. l. j. ergo patet quod in toto non continetur pars. Dicendum est, quod iter C dupliciter sumitur. nã vno modo, p distincta specie seruitutis, & sic eo modo sumpta nõ est pars actus, imò species seruitutis actui oppositа & coæqueua. vt ff. si seruit. vend. l. loci corpus. §. j & d. l. j. de adimen. le. Alio modo sumitur iter pro cõmoditate eundi, & hoc modo sumptum habet se ad actum, sicut pars ad totum, quia est pars subiectiua ad actum, & actus est totum posita se ad iter, quia sui potestate iter cõpræhendit, & in

1

2

3

C

hac significatione sumitur. ff. de seruit. rust. præd. leg. §. actus. & de verb. obl. l. qui vsumfructum. & de noua l. si pupillus. §. vlt. & Dyn.

A ADDITIO.

In toto. Adde Dec. in l. in toto. ff. eod. vbi distinguit totū esse quoddā integrale. vt domus, quoddā vniuersale, vt genus, cuius partes dicuntur subiectiuæ, & in vtroque ait reg procedere quo ad commoditatem. F. C.

B Cōtineatur. Adde quod aliquando appellatione partis venit totum. vt not. Bart. in l. plures. ff. de dam. infec. & Alex. in l. ij C. de hæred. in stit. quod an & quando sit verum, vide quod not. plenè in l. vxori. in apost. in versic. totum contineatur. & ibi etiam gl. & Bar. ff. de legat. iij. & de his vide Ant. Corset. sing. suis. in vers. pars inci. licet appellatione partis.

C Iter. Adde quando iter sit pars actus. Bart. in l. j. & ij. ff. de adi. leg. qui sequitur Dyn. hic licet de eo non faciat mentionem.

In Regul. In generali. Argumenta.

1 *Vicarius episcopi beneficia non confert sine mandato speciali.*

2 *Filius donare nequit, cui libera administratio concessa est.*

3 *Filius cui concessa est peculij administratio libera, in fraudem creditorum alienare non potest.*

4 *Generalis enumtiatio idem operatur quo ad omnes species quod specialis in certa specie.*

5 *Concessio generalis non pertinet ad ea, quæ quis in specie nō concederet.*

REGVLA LXXVII.

IN generali concessione non veniunt ea, quę quis non esset verisimiliter in specie concessurus.

1 †Exemplū poni potest in generali vicarij episcopi. qui conferre non potest beneficia, nisi super hoc māda-

tum

tum habeat speciale, A vt supra de offic. vicar. c. cùm in generali concessione. Ratio autem est, quia non est verisimile, quod episcopus foret specialiter cõcessurus beneficiorum collationem & hæc eadem generalitas confirmatur suprà de pœn. & remiss. c. ij. & de iureiur. c. j. & de procurator. c. qui ad agendum. lib. 6 † Item patet exẽplum: quia iure cauetur, quod si pater concedat filio generalem & liberam administrationem peculij, non videtur concedere, quod donet, cum non sit verisimile, q̃ foret specialiter donare concessurus. ff. de donation. l. si filiusfamilias. B Item † si pater concedit filio liberam B administrationem peculij, non videtur concedere, quod 3 alienet in fraudem creditorum, quia non est verisimile, quod illud fuisset specialiter concessurus si donaret, vt ff. quæ in fraud. creditor. l. si pater filio. Item si dominus concedat seruo suo administrationem peculij, committere non videtur generaliter ea, quæ non erat specialiter concessurus. ff. de pecul. l. qui peculij Sed opponitur & videtur, quod omnia deducantur in generale concessione, C cum † illud operetur generale quantũ ad omnia, quod speciale operatur in qualibet specie. vt ff. de administratio tutor. l. si duo. & de leg ij l si chorus in princip. de vsu & habit. l. si ita. & C. de quadrien. præscriptio. in l. ij. & de præscription. xxx. annorum. l. omnes † Sed illud in his, quæ verisimiliter erat in specie concessurus: ad alia verò non trahitur concessio generalis. D quia derogatur ei per præsumptionem contrariam, vt D in hoc c. & in legib suprà allegatis. Dyn.

C 4

5

ADDITIO.

Speciale. Adde an vicarius episcopi sine mandato speciali possit conferre beneficiũ Dy. in reg. beneficiũ & q̃ ibi dixi, & per Doct. hic & Io. And. & Gemin. in d. c. cum ingenerali. hic alle. & Abb. in c. ex frequentibus. & c. ex auctor. de Inst & in conf. 88 vol. j. & quæ not. Fely. in c. quoniam. col. ij. vt lite non contest §. quod si vicarius episcopi ex speciali mandato, cũ ignoret alium vicariũ a esse creatũ contulit vnũ beneficium, an valeat colla- A

a. vide Rom. sing. 650. incip. tu scis, quòd fundatores.

B Filiusfamilias. Adde ibi Bar. & Alex. in j. addi. & Io. And. in c. cũ in generali. suprà de offi. vi. co. li. Bar. Bal. & Alex. in l. contra iuris. §. fi de pact.

C Concessione. Idem dicit in c generi, nu. x. sup. eod.

D Generalis. Adde an in generali, obligatione veniat id quod specialiter non erat obligaturus. Bar. & Bald. in l. j. ff. de rei pign. oblig. poss & quæ not, Barto. & ibi Alexand. in additio in l. generali. §. vxori. ff. de vsufruct. leg & Alexand. in add. ad Bart in obligatione. ff. de pig & Lud. Rom. in suis sig fol. 4. col. iij. versi. vol. & Bald. in l. certi. C. locati. & Bart. sing in l. si is qui ducenta. §. vtrum. colu. vlt. ff. de rebus dubijs.

Dum alleg. Rom. singul. suis fol. lxiiij. incip. vol. dic, quod est sign. 118. quod incip. volo vnum dicere, sed melius facit sing. eiusdem num. 607. quod iucipit. accipio à te pecuniam mutuo & plenius Gerard. de Petra sancta. sing. xxxv. vbi dicit quod in obligatione generali non venit res alteri hypotheca, licet postea redimatur.

In Reg. Qui contra iura. Argumenta.

1 *Emens à pupillo sine tutoris auctoritate censetur in mala fide.*

2 *Emens à prælata bona ecclesiæ citra debitam solemnitatem malæ fidei præsumitur.*

3 *Emens ascriptitium sine gleba, mercatur contra iura.*

4 *Emens contra prohibitionem iuris quando sit in mala fide.*

5 *Bona fides semper præsumitur, nisi mala adesse probetur*

6 *Igorantia in quibus casibus præsumatur,*

